

scribit *subtile ex serico*. Alii aliud. Hieron. *fasciam pectoralem* dicit. Ego, si divinare liceret, dicerem ex *phethil* esse factum, quod *fasciam* significat ex *multiplacibus filis contextam*; quae Latinis vocatur *latus clavus*, ut contrarium sit *cincturae sacci*, id est, villi alicui cingulo seu cinctorio. factatur enim proverbialiter formâ *cinctorium sacci*. Vel est dictio composita ex nomine praedicto et ex verbo duplicato *gilegil*, quod *volere* significat q. d., *circumvolens fascia*, ut optimè reddi-tum sit ab Hieronymo *fasciâ pectorali*, quam Latini *strophium* dicunt. Hanc enim virgines non semel ad ubera circumvolvunt ac circumcingunt, quae est ex delicatâ materiâ, lino vel serico, opponiturque *cilicio*. PELCERRIMI VIRI. Duas voces *ki kathac* non videtur exemplar Hieronymi habuisse, neque distinctiones quibus nunc in Bibliis utimur: nam nomen *iophi*, quae est ultima vox versûs 24 Hieronymus cum versu sequenti conjunxit: *Pelcerrimi viri tui*, etc.; eas tamen si legamus ut omnia exemplaria habent, rectè vertas, *ustio pro forositate*: nam *ki* potest esse à verbo *kuah*, quod *adurere* significat.

VERS. 25. — VIRI TUI. Sicut Latini à conditione suâ homines vocant *mortales*, ita Hebraei eadem ratione vocant *methim*; nisi quod Hebraeis (quantum ex S. literis deprehenditur) paulò arcitius hoc vocabulo utuntur pro viris seu homicibus seu mortalibus *ejusdem amilae, tribus, sortis, societatis*, seu *civitatibus et reipublicae*. ET FORTES TUI. Hebraeis est nomen in abstracto, *ad potentiam seu praepotentiam dicere* possumus, et *rectè* Vulg. vertit, id est, *qui in te aliis praevalent*, seu *viri fortes*, et bello rebusque aliis gerendis apti. Verbum enim *gabar* est *praevaluit, superior fuit*, etc. Quod si tollas distinctionem, hunc sensum habere possunt haec verba: *Induemini sacco, et scindetis indumenta vestra pro luctu*, etc., *quia pro venustate (vel propter venustatem)*, cui scilicet tantoperè studebatis ut viris placeretis et gratiam eorum aucuparemini ipsi

## CAPUT IV.

1. Et apprehendent septem mulieres virum unum in die illâ, dicentes: Panem nostrum comedemus, et vestimentis nostris operiemur: tantummodo invocetur, nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.
2. In die illâ, erit germen Domini in magnificentiâ et gloria, et fructus terre sublimis, et exultatio his qui salvati fuerint de Israel.
3. Et erit, omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vitâ in Jerusalem.
4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, et sanguinem Jerusalem lavaverit de medio ejus, in spiritu iudicii et spiritu ardoris.
5. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, et ubi invocatus est, nubem per diem, et fumum et splendorem ignis flammantis in nocte; super omnem enim gloriam protectio.
6. Et tabernaculum erit in umbraculo diei ab aëstu, et in securitatem et absconsionem à turbine et pluvîâ.

*viri tui cadent gladio, et praevalidi tui in bello*. O Sion, ita occisis viris, quid erit ab hoste feminis expectandum? quis erit civitatis status? qua forma? *Portae civitatis* (1), propugnacula, loca, publica, in quibus solebant esse hominum concursus, videbuntur *lugere*; et ipsa Sion, totaque civitas, veluti matrona orbata liberis, *marore confecta, humi sedebit*. Et quidem si de mulieribus ipsis intelliguntur quae processerunt, quae in viros auctoritatem usurpabant, etc., ut supra jam dixi, non erit interpretatio hâc contemnenda. Quod si viris (quod magis probò) fiat sermo, illud *ki* non tam rationis quàm continuationis, et quasi expositiva particula fuerit, ut solet saepe, in hunc modum: Haec quae commemoravi adversus viros, adversus nobiles et magistratus tuos, ô Sion, luxui et deliciis deditos sub feminarum nomine, non aliter accipias quàm quod pro venustate illâ formae, vel propter ipsam formae elegantiam, qui tantoperè dediti ac devincti sunt, ut similibus sint feminis quàm viris; propter hoc, inquam, illi ipsi viri tui gladio cadent. Nihil enim magis horrent effeminati animi quàm mortem gladii; et nobiles illi tui principes ac duces, qui, cum deberent alios virtute antecellere, formae venustate aliis tantum praestant, in *prælio corruunt; in luctu itaque civibus viduata deges*. Et hunc sensum lectio Vulg. admittit. Nam quamvis non sit insolita formatio Hebraeis ut *ki à kuah* derivetur et *adustionem* significet, nullibi tamen in totâ Scripturâ in hac significatione, nisi hoc loco, invenitur. Ego certè, si pro *adustione* non acciperem, postremam, quam attuli, expositionem liberè amplecterer.

(1) ET MOEREBUNT ATQUE LUGERENT FORTE ERES, id est, luctu; mutatio personae. Scilicet, portae civitatis dicitur lugere quando pauci sunt qui ingrediuntur, et egrediuntur, ut Theophrastus, 1, 4: *Vix Sion lugent, eo quod non sunt qui veniant ad solemnitates*. ET RESOLATA IN TERRA SEDEBIT, id est, habitatoribus vacuata solo æquabitur. (Maldonatus.)

## CHAPITRE IV.

1. En ce temps-là, sept femmes prendront un homme, et elles lui diront: Nous nous nourrirons nous-mêmes, et nous nous entretiendrons nous-mêmes d'habits; agréez seulement que nous portions votre nom, et dévirez-nous de notre opprobre.
2. En ce temps-là, le germe du Seigneur sera dans la magnificence et dans la gloire; le fruit de la terre sera élevé, et ceux d'Israël qui auront été sauvés seront comblés de joie.
3. Alors tous ceux qui seront restés dans Sion, et qui seront demeurés dans Jérusalem, seront appelés saints; tous ceux qui auront été écrits en Jérusalem au rang de ceux auxquels Dieu veut conserver la vie;
4. Après que le Seigneur aura purifié les souillures des filles de Sion, et qu'il aura lavé Jérusalem du sang qui est au milieu d'elle, par un esprit de justice et par un esprit d'ardeur.
5. Et le Seigneur fera maître sur toute la montagne de Sion, et au lieu où il aura été invoqué, une nuee obscure pendant le jour, et l'éclat d'une flamme ardente pendant la nuit; car il protégera de toutes parts le lieu de sa gloire.
6. Son tabernacle défendra par son ombre contre la chaleur pendant le jour, et il sera une retraite assurée pour mettre à couvert des tempêtes et de la pluie.

## COMMENTARIUM.

Ultimis verbis terti capitis connectunt Hebraei primum versum capitis sequentis, neque incongruenter. Significant enim illa verba maximam virorum inopiam. Sed Hieronymus mysterium subolfecit; nam si paulò superius dicebant homines cuius amico pallio ut ipsi imperaret, suspicati nimirum quod cibos domi haberet, etc., unde nunc istis feminis panis et indumentum? aut unde sperarent operâ et industriâ suâ posse se victum et vestitum querere? Liceat ergo viris christianis non adeò additis esse Rabbiorum traditionibus et distinctionibus (quas saepe in odium Christi excogitarunt) ut non interdum hâc in re libertatem amplectantur propter gloriam Christi, praesertim duce tanto viro, et Hebraeis haud inerudito. Non tamen hic de vocatione natione agi existimo, sed (si mysterium lateat) de Judaeorum conversione; qui dum patriam vastatam viderent, suo jam malo edocti, intellexerunt tum ob incredulitatem suam, tum etiam quod haeredem vineae occidissent, illa se mala perpassos; illi, inquam, dolentes ob opprobrium quo sese obrutos gentemque suam videbant quod Dominum suum occidissent, ad Dominum reversi et Religionem christianam amplectati, penitentiamque agentes, Christiani dici voluit, ut non de numero deicidarum sint, neque esse opprobrium infidelitatis attingat. Non video cur haec vir christianus despiciat, praesertim cum quae sequuntur (nisi infidelitatis ipse notâ iniuri velis) de illis temporibus intelligenda sint quibus, Judaea maius gentium traditâ, Ecclesia Christi ex reliquis Judaeorum collecta maxime floruit. Sed jam verba pensitemus.

VERS. 1. — APPREHENDENT. *Apprehendunt* verbum carak emphaticum est, et quando activum est, et casum regit, cum beth vel absque eo, propriè significat Hebraeis *firmiter et fortiter apprehendere cum quâdam comprehensione, quemadmodum apprehendere, vel potius retinere, fugientem solemus*. Quo fortasse verbo usus est Paulus ad Hebraeos quando ait quod Dominus semen Abraham apprehendit. Quando verò est absolute passivum, est seipsum firmare, ut qui corpus aut corporis nervos et membra constringit ac etiam spiritus retentione confirmat, ut *firmior et compactor esse possit*, etc. SEPTEM. Numerus certus pro incerto, et Hebraeis *scheba, multitudinem seu copiam designat*. INVOCAT, etc. (1). Hebraismus satis notus est, vocari nomen alicujus super aliquâ personâ aut re, pro sortiri nomen seu appellationem ab aliquo. Deut. 28:

(1) INVOCETUR SUPER NOS NOMEN TUUM. Sensus est: Cognominetur à te. E. g., Rebecca cognominatur ab Isaac, cum dicimus Rebecca Isaac, quae cognominatio eam distinguit ab aliis, plures enim esse possunt. Sic Bethsabee cognominatur ab Uriâ, cum legimus: Bethsabee Uriae, subintelligitur enim uxor. Quale illud Marciae, apud Luc. lib. 2, 542:

*Da tantum nomen inane Conubi: liceat tumulo scripsisse: Catonis Marcia.*

ATEX MODÒ OPPROBRIUM NOSTRUM. Summum enim opprobrium feminis est apud Orientis populos, in-nuptas et steriles manere. (Rosenmüller.)

*Videbunt quod nomen Jehova vocatum est super te, quod scilicet populus Jehova dicaris, et sis. Jer. 7: Statu in domo super quam vocatum est nomen meum, id est, quae dicitur Jomus Dei. Gen. 48: Imvocetur super eos nomen meum, id est, Manasse et Ephraim dicantur mei filii, etc. Vocetur super nos nomen tuum, id est, dicamur de nomine tuo, uxores tue, et Christiani à Christo. AUFER. Hebr., collige; ut Latinis verbum colligo interdum in unum redigere, interdum etiam carpitim auferre significat, ita Hebraeis verbum asaph: hic autem pro auferre, ut non rectè hoc loco mihi quidam philosophari videatur, et metalepsim esse dicat. Quia enim, inquit, quia alio se confort, sarcinas colligit, fit ut priore utantur pro posteriore. Putaque in nomine Josera esse allusionem ad utramque significationem verbi; cum tamen hoc nomen à verbo isaph derivetur, id est, addit. Dixit enim mater: Adlat mihi Dominus adnuc aliam; non enim illo uno erat contenta. OPPROBRIUM. Hebraea vox kerephah, sicut et verbum karaph, non solum dicitur de probo seu concivio, sed etiam de deformatione seu defforatione, sive de vastatione et corruptione, quae fit vel gladio vel fame aut aliis calamitatibus, ut Jer. 5, et Ezech. 36, etc. Vide interim quanti faciendum sit vocari de nomine Domini. Qui verè ipsius sunt, omni opprobrio et fœditate carent, nihilque non equo animo ferunt, et omnia detrimenta pro luero ducunt, modò Christum lucrificiant: illum querunt, illum sequuntur, non propter cibum qui perit, sed propter eum qui permanet in vitam aeternam. Tu ergo, Christiane, si Judaeum videris qui Christo nomen dederit, ne eum opprobrio dignum censeas quod Judaeus sit, sed honore dignissimum quod Christianus; abstulit enim illi Christum, cuius nomen invocatum est super ipsum, opprobrium quo premebatur.*

VERS. 2. — IN DIE ILLA ERIT GERMEN DOMINI, etc. (1).

(1) ERIT GERMEN JOVAE, quo quid sit intelligendum, dissentiant interpretes. Septuaginta et Syrus non intelligunt de germenis propullulatione, sed de solis ortu, sub cuius imagine felicem populi Israelitici statum, à Jovâ ei parandum, expressum fortasse existimant; vertunt enim: *Erit ortus Domini*. Malè: nam *temnac* semper de plantarum germenis usurpatur. Grotius *germen Domini* primo sensu sinit reliquiae exsulum, quae Esrae ac Nehemiae temporibus donum reversae, laudabilem vitam duxerunt, mysticè vero Christus et Christiani. Novos terrae Judaicae incolas post exilium Babylonicum intelligit quoque Vogelius. Verùm *germen Jovae* hoc ipso versu manifestè distinguitur à reliquiis populi Israelitici, quod quidem negat Gesenius, qui illorum interpretum sententiae accedit. Nobis tamen verba Hebraea tam clarè dicere videntur, futurum esse, ut *germen Jovae* gloria et decori sit reliquis Israelitarum, ut vix quidquam planis esse possit. Nequit igitur *Israelitarum residuum* idem quod *germen Jovae* esse. Alii ditiones in hoc versu poeticae propriè sumunt, de felici teræ proventus, quo Deus reliquias Israelis post mala temporum superiorum sit beatus, huic verò interpretationi obstat totius orationis magnificentia. Nec magis probandi, qui hunc locum interpretantur de Hiskia et sapientibus viris, qui cum eo superfluituri essent cladibus, quibus republica sub Achaso afflicta erat. Loca verò, tum Zachariae, 3, 8, et 6, 12, quam Jeremiae, 25, 5, 35, 15, dubitare

Diluit, ni fallor, hoc loco propheta opinionem quae ex superiori narratione oriri potuisset: Cùm, inquit, Judaea et Sion conciderit, et omnia susque deque ferri visa fuerint, ingensque illa calamitas veluti tempestas in Judaeos ingruerit nec opinantes oppresserit atque conceleaverit, in illa non modò rerum, sed et hominum penuria, quando jam non regnum, non respública dici possit, in vastatione, inquam, illa non corporali tantum, sed et spiritali oppressis Israelitis, et peccato et peccati penâ, nempe post occisum Dominum Jesum, nemo credat repulisse Dominum populum suum et actum esse de Israelitis: quinimò tunc *germinatio seu crescentia Domini succrescere incipiet summâ cum jucunditate et gloria*. Memineris, christiane lector, *gravi illius evangelici, quod cadens in terram, si mortuum fuisset, fructum multum erat altitatum*. Hæc illa ergo *germinatio Domini est*, quae post horrem inauditumque ignominiam gloriose propagata est: quod more suo mox aliis verbis repetit: *Fructus terræ erit in magnificentiam et ornamentum*. Quae verò esset illa *germinatio* et qui *fructus* apertius dicitur, *his qui evaserunt Israelitis*, q. d.: *In eos hæc dicitur, illis hæc competunt qui ex Israelitis evaserunt*. Pauci, inquit, illi Israelitæ qui ex incendio illo magnæque infidelitatis tempestate, quae totam ferè gentem occupavit, evaserunt, qui non consenserunt actis impiorum, aut mox respicere, illi sunt *satio Domini, germinatio et fructus* quos granum illud protulit. Quam gloriose autem fuerint sancti illi filii et *germen Domini*, quàm digni ad quos contandos totis orbis accurreret, quàm omnia terræ fastigia transcendenter, ut in quorum corde Christus habitabat, ex quorum ore loquebatur Christus quantum hinc etiam gloriæ acceverit ipsi Domino, qui in illis admirabilis apparebat, nemo est qui, si Acta Apostolorum et Pauli Epistolae legerit, ignoret. Ac fortè hæc est illa majestas et gloria de qua Dominus morti pronominimè sinunt, *germinis* nomine, significari quemdam virum insignem et illustrem, qui cultum Joannum pristinae puritatis, resque Judaicas antiquæ gloriæ sit restitutus. Quare nobis certum est, cogitasse et Isaiam h. l. de rege illo magno, sub quo reipublicæ suæ auream ætatem restitutam esse, Israelitæ sperabant. De Messia hunc locum interpretatur est et Chaldaeus. *In tempore illo erit unctus Jovæ in gaudium et gloriam*. Kimchi: *« Germen Jovæ intelligendum de Messia, filio Davidis, ut dicitur Jerem 23, 5: « Suscitabo Davidi germen justum. Fructus terræ, idem de Messia dicitur, qui initio germinis erit instar pulchri, cujus aspectu gaudeant homines, cum verò eo pervenerit, ut fructus ferat, majus ab eo emolumentum capiant, magisque eo lætentur. Ita erit rex Messias: principio eo gaudebunt: postquam verò opera pataverit, belloque vicierit Gogum et Magogum, atque terram quietam et tranquillam reddiderit, universus terrarum orbis eum reverebitur. « Tam erit sublimitatis et decori Israelitis, quia superabundant et gloriabuntur eo super omnes gentes. » Hæc Doederlein hujus versus sensum expressit: « Tum progenies Jehovæ decora erit et illustis, et viro, hæc patriâ nato, tanquam eximio decore, gloriabuntur superites Israelitæ. » Kimchi confert locum Zeph. 3, 11, 12: *Tunc ex te removebo tui iustus proteros, et in te humilem levemque populum relinquam, qui Jovæ nomini confiant.* (Rosenmuller.)*

pinquus dicebat Sacerdotibus et Phariseis: *Amodò videbitis Filium hominis sedentem ad dexteris Dei, et venientem in nubibus caeli*. In *JUCUNDITATE*. Trebi de quolibet re dicitur quæ eleganter, aptè et appositè constituta est, animosque videntium et oculos in se convertit, allicit ac rapit in contemplationem et amorem suum, atque etiam mirabilis jucunditate et lætitudine perfundit: unde et Chaldaeus reddidit *Cadeia*. Qui *EVASERINT*. In Hebræo est nomen *pheletah*, q. d., *evasio*, à verbo quod *ex periculo seu malo saltem evadere* significat; et sumitur pro ipsâ *re*, seu *personâ*, quæ *evasit*; sicut *captivitas* pro *captivis*.

VERS. 3. — Versus tertius declaratur in quo consistat illa *gloria*, illa *jucunditas*, illa *magnificentia* atque *ornamentum germinis Domini*, nempe in sanctitate vitæ: hæc enim sola splendorem, gloriam et amplitudinem secum affert; quæ autem illa caret, in gloriâ sunt et nullius æstimationis. Et ponitur numerus singularis pro plurali, ut sæpè solet. Quotquot manserint reliquæ, inquit, illius sanctæ civitatis, quæ ex illa quam dixi calamitate servatæ fuerint, sanctæ, erunt; illæ scilicet quæ ad vitam æternam prædestinatæ sunt, vel quos Deus vivere voluit. Retinui autem, ut sæpè facio, Hebraismum, præsertim ubi non est obscuritas; potius enim sic aperte reddere: *Futurum est enim ut eos qui residui fuerint in Sion, et reliqui fuerint in Jerusalem, sanctos appellent; eos, inquam, qui vivi remanserint; vel, qui ad vitam servati fuerint*. Mos autem est Hebræorum ut quæ certò futura sint *ea scripta esse dicantur*. Adde quòd et respexisse videtur propheta ad locum illum Mosis Exod. 32: *Dele me de libro tuo*. Cui Dominus: *Qui peccaverit in me delebo eum de libro meo*, etc.

VERS. 4. — SI ALBERIT DOMINUS, etc. Quamvis *EN* affirmantis esse possit, aut etiam optantis temporis tamen esse hoc loco existimo, quòd tunc *gloriosi* erunt illi residui, et *sancti* meritò dici possent, quando Dominus *sordes abstersisset et sanguinem eluisset*, etc. Per *sordes* autem peccata quibus quisque in corpus suum et contra semetipsum peccat, per *sanguinem* quæ in proximum, intelligo. Quomodo autem id factum sit, jam sic accipe. Primo capite dixerat Dominus quòd *purgaturus* et quasi coactione *excocetur* esset Jerusalem, post quam excoctionem habitura esset *judices et magistratus quales olim habuisset*. Possumus ergo hæc sic accipere, ut vastatio illa Jerosolymitana quæ per Romanos facta est fuerit quedam *excocatio*, in quâ *scoria* tanquam *scoria* abjecta fuerit, et reprobi igni et morti traditi justo Dei *judicio zeloque* Domini ingenti; manserunt autem reliquæ quedam totius sanctitatis seminarium. Ut de hoc quoque *judicio* et zelo dixerit Joannes Baptista, quòd Dominus Jesus haberet *ventilabrum in manu suâ ad permundandam aream suam, et triticum quidem in horrea congregaret, paleas autem combureret igni inextinguibili; et infra non semel, cùm de puniendis improbis et sanctificandis suis loquitur, dicit: Zelus Domini exercituum faciet istud*. Et si ad hunc modum

accipias, illud *EN*, id est, *si*, valet postquam. *Sordes* autem et *sanguines* sunt immundi et homicidæ; *spiritus vero judicii* et *accendendi seu accensionis*, id est, qui ignem accendit et ardere quidpiam facit, est executio justitiæ Dei, quæ cùm adventare dicitur vento validissimo ac igni comparatur, quòd hæc duo separandi, purgandi ac probandi vim habeant. Unde dicitur: *Ignis ante ipsum præcedet, et tempestas*, etc. Quapropter et *spiritus judicii*, id est, *judicationis* et *discretionis*, dicitur, et *spiritus* qui ignem excitat, quo adurantur scoriæ et paleæ. Estque similitudo et typus quidam postremi *judicii* in hujusmodi castigationibus. Sicut enim tunc regnum Christi perfectè vigeat, sic fuit post vastatam Judæam: et sicut tunc sancti ad beatitudinem profecturi sunt, sic post conflagrationem illam Jerosolymitanam, regno Christi per totum orbem propagato, ad Deum electi congregati sunt; et multa hujusmodi. Quæ si prudens lector consideret, omnia illa quæ in Evangelio multi existimant nonnisi de fine mundi intelligi posse, manifestè percipiet prius de *judicio* illo Domini de quo præcedenti capite et hoc loco propheta loquitur, intelligenda esse, ac deinde tanquam in typo de ultimâ orbis vastatione, ut etiam in sequentibus ostendemus. Est et aliud *judicium* quod Dominus Jesus exercuit per prædicationem Evangelii, de quo ipse dicitur: *In judicium ego veni in mundum, ut qui non vident, videant, et qui vident, cæci fiant; et de quo et Simon filii senæ, quòd positus esset in ruinam et resurrectionem multorum in Israel, et ad revelandas multorum cordium cogitationes*. Cùm enim Dominus cepit ostendere regnum Messia: quæ esset, mox quid quisque in animo gereret, dùm Messiam suum Judæi omnes jactarent, nihilque aliud se expectare dicerent, apparere cepit quid item quisque speraret, quæ studia cuique cordi essent, etc. Ubi ergo impurissimi illi Pharisei *judicio* Domini à populo Dei sunt separati, ubi flare cepit *Spiritus* ille Evangelii qui *separat patrem à filio et matrem à filiâ*, et ignem in cordibus electorum excitat, ut amare discant cœlestia et Deum tantorum bonorum auctorem, et cepit ædificari Sion non in sanguinibus sed lapidibus vivis, manentibus infidelibus tanquam impuris extra muros novæ Jerusalem, tunc reliquæ sanctæ fuerunt appellatæ, ut quæ in sanctitate et Ecclesiâ Christi primum habent. Quid si de illis electis sit sermo qui prius sordidi et immundi erant et in proximis injuri, quos Dominus *Spiritu sancto et igni baptizavit*, ut dicebat Joannes Baptista? Nonne *Spiritus sanctus Spiritus judicii seu justitiæ et sanctificationis* est? nonne et ipse inflammat corda in amorem Dei? Quid, queso, est illud Pauli, ubi *sordes et sanguines annumerasset: Hæc fuitis; sed ablatis estis, sed sanctificati estis?* etc. Nonne sancti isti dicebantur, et erant? Quid si evangelicis hic propheta *Spiritu* prævidit Dominum insulfantem in Apostolos, ac dicentem: *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis?* Annon *Spiritus judicii* est qui absolvit aut detinet peccata?

ut *Spiritus judicii* referamus ad *Jurisdictionem spiritalem* simul et *virtutem Sacramentorum; Spiritum autem ardoris seu accensionis seu auditionis ad Spiritum qui igneis linguis apparuit, ut significaret propheta, sanctitatem Apostolorum, qui erant germen Domini*, tunc maximè resplenduisse cùm hujusmodi *Spiritu* et ipsi sanctificati sunt et alios ejusdem sanctitatis participes faciebant. Quis hujusmodi divitiæ S. literarum non admiretur et amet? *Sordes*. *Teah* est à verbo *Iatsa*, id est, *exivit*, et hoc nomine vocant Hebræi *excrementa*; et pro *egestione vomitûs* accipitur infra 28: *Omnes mensæ plenæ vomitû*, etc. *Accipiturque et pro quâcumque sorde*, ut Prov. 30, et hoc loco. *SANGUINEM*. *Dam* est à verbo *adam, rubuit*, et tam in singulari, quàm in plurali pro *peccatis in proximum* in Scripturâ accipi solet, ut supra, cap. 1, etc. *REPLEBIT*. Hoc verbum *diab* propriè *vi impellerit* seu *repellerit* significat, quæ legitur in hæc formâ nisi in tertiâ. *Vulg. laverit* dixit, sensum, non significationem verbi exprimens. *DE MEDIO EUS*. Hebraismus *kerêb* est frequentissimus, *ab intimis ipsis pro ab eo*. Est enim *kerêb quod intimum seu propinquissimum* est in homine sive in peduce, ut est cor et cœtera viscera. Deinde etiam dicitur de *mente et cogitationibus*; tandem generalissimè, de *intimo cujuscumque rei*. Exempla sunt passim obvia. Noti sunt autem Hebraismi; *Spiritu judicii*, id est, *judicans; et ardoris*, id est, *ardrens seu incendens*.

VERS. 5.—ET CREBIT DOMINUS (1). POSSUNT hæc cum præcedenti versu in hunc modum connecti: *Quando Dominus Jerusalem ad modum excocetur conflaverit, et eam expurgaverit spiritu judicii et auditionis, tunc creabit Dominus super universam regionem, seu basim, montis Sion nubem, etc.*; id est, tunc immunis erit

(1) Ces expressions figurées contiennent sous des symboles la promesse que Jésus-Christ a faite à son Église en termes clairs et précis: Assurez-vous que je serai toujours avec vous jusqu'à la consommation du siècle; Math. 28, 20. Et elles nous apprennent de plus que tout ce qui est arrivé aux Israélites dans le désert était une figure et une prédiction de ce que Dieu ferait pour son Église. Elle est ici errante, cherchant une demeure stable et permanente, à travers mille dangers et mille ennemis. Elle est délivrée de l'oppression de Pharaon, qui a été noyé dans les mêmes eaux qui l'ont sauvée; mais toutes les nations qui l'environnent s'opposent à son repos éternel. Elle campe dans un pays aride et brûlant, où aucune plante utile ne croît; où l'on ne trouve ni eau, ni pain, que par miracle: où l'on vit au milieu des serpents et des bêtes empoisonnées, qui sont les habitants naturels de l'affreuse solitude où elle est contrainte de faire un long séjour. Aucun nuage, aucune rosée ne modèrent l'ardeur du soleil. Aucune habitation n'offre une retraite. Aucun sentier marqué ne montre le chemin qui l'a fait tenir. Mais Dieu lui tient lieu de tout. Il la conduit le jour par un nuage, et la nuit par une grande lumière. Il modère ses persécutions, et dissipe ses doutes. Il est son guide, et son défenseur. Il marque ses campements, ses voyages, ses demeures. Et quoique peu de personnes soient attentives à cette protection invisible, elle est cependant pour les autres aussi évidente qu'une nuée opposée au soleil pendant le jour, et qu'une grande flamme pendant la nuit. (Duguet.)

mons Sion, et congregationes seu conventicula ejus, vel Ecclesie omnes ex Judæis collectæ, ab omni illâ calamitate et incendio. Admoniti enim fuerunt, ut narret Eusebius, et impiam civitatem deseruerunt; neque eis divinus favor unquam defuit. Imò ex spiritali Ægypto illos egredientes comitatus est Dominus in columnâ ignis per noctem, et in columnâ nubis per diem; id est, non minis illorum curam egit quàm olim totius populi Israelitici. Quinimò sicut olim cum per desertum iter facerent, arca cum propitiatorio (qua gloria Domini dici solet in Scripturis) erat ab omni cœli injuriâ protecta, ita discipuli Domini fuerunt protecti in illâ calamitate, etc. Possunt quoque cum vers. 2 et 5 conjungi: *Erit germinatio Domini in honorem, etc., qui evaserint, sancti dicentur; et super ipsos, qui sunt mons Sion, et Ecclesias ex ipsis congregatas, que exceperunt verbum quod à monte Sionis profuxit, expandi Dominus protectionem suam, ut non minis habeant Deum propitiùm quàm olim habuerunt ex Ægypto egredientes Israelite; nec minis sint ab omni injuriâ liberi, quàm arca et propitiatorium fuerint. Neque dubitandum est quin in vers. 5 et 6 duplex sit allusio: prior est ad columnam ignis et nubis, posterior ad tegumenta illa variâ quæ Dominus construi jussit ut tutum esset ab injuriâ aeris Sanctum illud sanctorum. Nam quòd arca dicitur in Scripturis gloria Domini, habes in Psal. : *Ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam, et 1 Sam., cum capta fuit arca à Philisthæis, translata est gloria, et aliis locis plurimis. Locus hic valdè declarat curam quam Dominus suorum gerit, ut nihil illis noceat. Sunt Dei populus, quos elegit de mundo, quos odit mundus, sicut Ægyptii fugientes Israelitas; sunt mons Sion, sunt templum Dei et Sanctum sanctorum; gloria Domini eos protegit, liberat et servat ex pelago omnium malorum. Superbi autem, quia derelinquuntur à Deo, non solum inducuntur in tentationem, sed etiam omnium sunt injuriis expositi, ut vasa in ignominiam et contumeliam deputata. Locum. Makon à verbo lam,**

## CAPUT V.

1. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. Vineæ facta est dilecto meo in cornu filio olei.
2. Et sepavit eam, et lapides elegit ex illâ, et plantavit eam electam, et edificavit turrim in medio ejus, et torcular extruxit in eâ, et expectavit ut faceret uvas, et fecit labruscas?
3. Nunc ergo, habitatores Jerusalem et viri Juda: judicate inter me et vineam meam.
4. Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, et non loci ei? an ego expectavi ut faceret uvas, et fecit labruscas?
5. Mais je vous montrerai maintenant ce que je vais faire à ma vigne. J'en arracherai la haie, et elle sera exposée au pillage; je détruirai sa muraille, et elle sera foulée aux pieds.
6. Je la rendrai toute déserte; elle ne sera point taillée, ni labourée; les ronces et les épines la couvriront, et je commanderai aux nuées de ne plus pleuvoir sur elle.

quod in voce passivâ est confirmari, constitui, aeterni, certificari, perfici, etc. Hinc nomen ipsum *senes certa et firma*, cui opponitur incerta sedes, et incertis sedibus vagari. Ego perinde esse credo ac si diceret, *super totam ipsam montem ab imis ejus radicibus usque ad verticem. Et ubi invocatus est. Sensus reddidit Vulg.; ego conventus dixi: nam Hebraicè à verbo cara, id est, vocare, dicitur nomen mikera, id est, convocatio, synodus, conventus; et relativum est feminini generis, et Sionem refert. Posset et nomen pro vocationibus accipi; ut sit sensus, et super nominationes vel vocationes seu invocationes ipsius Sionis, id est, super eos qui nominant Sion seu nomine vocant, vel ex ipsius nomine dicuntur; vel super omnes vocatos ipsius, quos ipsa vocavit ac invitavit ad cognitionem veritatis, etc.; et hic sensus non mihi displicet. Ignis flammaris. Hebraismus, ignis flammæ. GLORIAM. Vers. 2, germinationem dicit futuram in gloriam, etc., super germinationem ergo gloriosam illam, super illos sanctos Domini, sicut super gloriam et arcam, erit kaphah, id est, protectorium seu protectio.*

VERS. 6. — Ponuntur hinc quinque voces ferè ejusdem significationis: *Sacac est abscondere superponendo aliquid; hinc Sacah, tegumentum, tsalal, oblectus est defensionis causâ; hinc tsel, umbra, protectio, etc. Kasah, latibulum seu protectionem querere; hinc makesh, latibulum, receptaculum, protectorium. Sathar, quod in passivâ est in usu, absconditus fuit; indè misethor, absconsio, latibulum, etc. (1).*

(1) Saint Jérôme remarque que les Juifs rapportaient à l'Antechrist, ce qui est dit de la tempête marquée à la fin de ce chapitre, et contre laquelle ils espèrent être protégés par le Seigneur. *Hunc locum Judæi ad Antichristum referunt, quem per turbationem et tempestatem significari existimant: quando eos Dominus à potentissimo adversarii defensionis sit. Si les Juifs se méprennent en ce point, c'est en s'appropriant les promesses qui sont faites à l'Eglise même de Jésus-Christ, et auxquelles ils n'auront part que quand ils se réuniront à elle par la foi en Jésus-Christ. (Bible de Vence.)*

## CHAPITRE V.

1. Je chanterai à mon bien-aimé le cantique de mon proche parent, pour sa vigne. Mon bien-aimé avait une vigne plantée sur un lieu élevé, gras et fertile.
2. Et l'environna d'une haie; il en ôta les pierres, et la planta d'une espèce choisie; il bâtit une tour au milieu, et il y fit un pressoir. Il s'attendait qu'elle porterait de bons fruits, et elle n'en a porté que de sauvages.
3. Maintenant donc, vous habitants de Jérusalem, et vous hommes de Juda, soyez les juges entre moi et ma vigne.
4. Qu'ai-je dû faire de plus à ma vigne que je n'aie point fait? Ai-je eu tort d'attendre qu'elle portât de bons raisins, au lieu qu'elle n'en a produit que de mauvais?
5. Mais je vous montrerai maintenant ce que je vais faire à ma vigne. J'en arracherai la haie, et elle sera exposée au pillage; je détruirai sa muraille, et elle sera foulée aux pieds.
6. Je la rendrai toute déserte; elle ne sera point taillée, ni labourée; les ronces et les épines la couvriront, et je commanderai aux nuées de ne plus pleuvoir sur elle.

7. Vineæ enim Domini exercituum domus Israel est, et vir Juda germen ejus delectabile: et expectavi ut faceret judicium, et ecce iniquitas; et justitiam, et ecce clamor.

8. Væ qui conjungitis domum ad domum, et agrum agro copulatis usque ad terminum loci: numquid habitabitis vos soli in medio terræ?

9. In atribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum: Nisi domus multa deserat fuerint: grandes et pulchre, absque habitatore.

10. Decem enim jugera vinearum facient lagunculam unam, et triginta modii sementis facient modios.

11. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino aestuetis.

12. Cithara, et lyra, et tympanum, et tibia, et vinum in conviviis vestris: et opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis.

13. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam: et nobiles ejus interierunt fame, et multitudo ejus siti exaruit.

14. Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino, et descendit fortes ejus, et populus ejus, et sublimes gloriosique ejus ad eum.

15. Et incurvabit homo, et humiliabitur vir, et omni sublimium deprimetur.

16. Et exaltabitur Dominus exercituum in judicio, et Deus sanctus sanctificabitur in justitiâ.

17. Et pascetur agni juxta ordinem suum, et deserta in ubertatem versa advena comedent.

18. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi vinculum plaustrî peccatum:

19. Qui dicitis: Festinet, et citò veniat opus ejus, ut videamus; et appropriet, et veniat consilium Sancti Israel, et sciamus illud.

20. Væ qui dicitis malum bonum, et bonum malum: ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum.

21. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes.

22. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem;

23. Qui justificatis impium pro muneribus, et justitiam justi auferitis ab eo.

24. Propter hoc, sicut devorat stipulam lingua ignis, et calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi favilla erit, et germen eorum ut pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, et eloquium Sancti Israel blasphemaverunt.

25. Ideò iratus est furor Domini in populum suum, et extendit manum suam super eum, et percussit eum; et conturbati sunt montes, et facta sunt morticina eorum, quasi stercus in medio platearum. In his omnibus non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extensa.

26. Et elevabit signum in nationibus procul, et stabilabit eum de finibus terræ: et ecce festinus relociter veniet.

7. La vigne du Seigneur des armées, c'est la maison d'Israël: et les hommes de Juda étaient le plant auquel il prenait ses délices. J'ai attendu qu'ils fissent des actions justes, et je ne vois qu'iniquité; et qu'ils portassent des fruits de justice, et ils n'excitent que des plaintes.

8. Malheur à vous qui joignez maison à maison, et qui ajoutez les terres aux terres, jusqu'à ce qu'enfin le lieu vous manque; semez-vous donc les seuls qui habiterez sur la terre?

9. J'ai appris ce que vous faites, dit le Seigneur des armées. Je jure que cette multitude de maisons, ces maisons si vastes et si embellies, seront toutes désertes, sans qu'un seul homme y habite;

10. Car dix arpents de vigne rempliront à peine un petit vase de vin, et trente boisseaux de blé qu'on aura semés n'en rendront que trois.

11. Malheur à vous qui vous levez dès le matin pour vous livrer à l'ivrognerie, et pour boire jusqu'au soir, ensorte que le vin vous échauffe.

12. Le luth et la harpe, les flûtes et les tambours, et le vin ne manquent pas dans vos festins; et vous n'avez aucun égard à l'œuvre du Seigneur, et vous ne considérez point les ouvrages de ses mains.

13. C'est pour cela que mon peuple a été émané captif, parce qu'il n'a point eu d'intelligence, et que les plus grands d'Israël sont morts de faim, et que tout le reste du peuple a séché de soif.

14. C'est pour cela que l'enfer a étendu ses entrailles, et qu'il a ouvert sa gueule jusqu'à l'infini; et tout ce qu'il y a de puissant, d'illustre et de glorieux dans Israël, avec tout le peuple, y descendra.

15. Tous les hommes seront forés de plier; les grands seront humiliés, et les yeux seront abaissés.

16. Et le Seigneur des armées fera connaître sa grandeur dans le jugement, le Dieu saint signalera sa sainteté par la justice qu'il exercera.

17. Alors les agneaux paîtront sans être troublés, et les étrangers viendront se nourrir dans les déserts devenus fertiles.

18. Malheur à vous qui vous servez du mensonge comme de cordes, pour traîner une longue suite d'iniquités, et qui tirez après vous le péché comme les traits emportent le chariot.

19. Vous qui dites, qu'il se hâte; que ce qu'il doit faire arrive bientôt, afin que nous le voyions; que les desseins du Saint d'Israël s'avancent et s'accomplissent, afin que nous les connaissions.

20. Malheur à vous qui appelez le mal bien, et le bien mal; qui changez les ténèbres en lumière, et la lumière en ténèbres, qui transformez l'amertume en douceur, et la douceur en amertume.

21. Malheur à vous qui êtes sages à vos propres yeux, et qui êtes prudents en vous-mêmes.

22. Malheur à vous qui êtes puissants pour boire du vin, et vaillants pour vous enivrer;

23. Qui, pour des présents justifiez l'impie, et qui ravissez au juste sa propre justice.

24. C'est pourquoi comme la paille se consume au feu, et comme la flamme ardente la dévore, ainsi leur racine sera réduite en cendres, et leurs rejetons s'enveloperont en poudre, parce qu'ils ont foulé aux pieds la loi du Seigneur des armées, et qu'ils ont blasphémé la parole du Saint d'Israël.

25. C'est pour cela que la fureur du Seigneur s'est allumée contre son peuple, qu'il a étendu sa main sur lui, et qu'il l'a frappé; que les montagnes ont été ébranlées, et que leurs corps morts ont été jetés comme de l'ordure au milieu des places publiques. Et néanmoins, après tous ces maux, sa fureur n'est point encore apaisée, et son bras est toujours levé. 26. Il élèvera son étendard pour servir de signal à un peuple très-éloigné; il appellera d'un coup de sifflet des extrémités de la terre, et il accourra aussitôt avec une vitesse prodigieuse.

27. Non est deficiens, neque laborans in eo: non dormitabit, neque dormiet: neque solvetur cingulum reum ejus, nec rumpetur corrigia calcamenti ejus.

28. Sagittae ejus acutae, et omnes arcus ejus extenti, unguulae eorum ejus ut silex, et rotae ejus quasi impetus tempestatis.

29. Rugitus ejus ut leonis: rugiet ut catuli leonum; et fremet, et tenebit praedam: et amplexabitur, et non erit qui eruat.

30. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in terram, et ecce tenebrae tribulationis, et lux obtenebrata est in caligine ejus.

## COMMENTARIUM.

VERS. 4. — CANTABO. De verbo *schur* quid Hebraei et quid nostri sentiant in Lexicis videre poteris: Ego, qui in hac semper *psi* sententia ut non nisi unam habere significationem verba Hebraea existimarem, (omitto ea quae contrarias habent), quando omnium Hebraeorum vocem vim examinabam ex collatione omnium locorum in quibus reperirentur, reperi hoc verbum generali significatione non aliud esse quam *praeire*, aut *active praevenerit*, vel *tanquam dux*, vel *tanquam iudicator*, vel *tanquam praecursor*, vel *tanquam speculator*, etc.; quare non mirum si variè reddere oportet. Hic verbo *canendi* aptè redditur: aliarum acceptionum exempla in sequentibus occurrunt. *Keren* Hebraeis *cornu* est, quo nomine dicuntur etiam quae cornu similitudinem habent; quod quid oblongum est et prominens; hic pro *angulo*. *FILIO OLEI*. Notus Hebraismus. *Filius pinguedinis* dicitur locus pinguis et uber. Ad litteram dicendum esse in *cornu filio pinguedinis*; sed cum Hebraismus hic non valde planus esset, sensum reddidi, *in angulo terrae pinguis*. Habet enim Palaestina, si situm spectes, cornu seu cuspidis similitudinem: multo enim longior quam lata est. *PATAVELLS*, etc. Quantum ego *patruus* augurari possum, habuit Isaia propheta *patrum* nobilem ac notum in populo illo, quocum Propheta familiaritas intercesserat laud vulgaris. Is diciturum hoc saepe in ore habere solebat, ut cum vellet significare quempiam oleum et operam perdidisse et male labores suos et studia collocasse, diceret: *Amicus meus habuit vineam in loco uberi*, etc., usque expectavit ut *faceret uvas, fecit labruscas*. Inquit ergo Isaia: *Volo canere dilecto meo, domino meo, quem diligit anima mea, canticum de vinea ipsius, quod patruus meus solebat canere*. Neque haec conjectura considerantibus voces et constructionem eorum in textu Hebraeo inanis (ni fallor) iudicabitur à viris doctis, qui et *Vulg.* interpretationem reclusis quam caeteri Hebraei reddidisse animadvertent. Nam nomen *schirath* in regimine est: extra quod est *schirath* formà femininâ, Exod. 14, et Num. 21. Dicendum ergo fuit *canticum patrum*, vel *patruelis, mei*. Si cui tamen conjectura illa de patre Isaiae displiceat, *dad* pro *dilecto* accipiat, ut ponatur antecedens pro relativo, sicut non raro consueverunt Hebraei. *Cantabo*, inquit, *dilecto meo canticum ipsius de vinea sua*, id est, canticum quod me Deus jussit canere; vel sic:

27. Il ne sentira ni lassitude ni travail; il ne dormira ni ne somnolera; il ne quittera jamais le baudrier dont il est ceint, et il ne se rompra pas un seul cordon de ses souliers.

28. Ses flèches sont aiguës, et tous ses arcs sont bandés; la corne du pied de ses chevaux est dure comme les cailloux, et la roue de ses chariots est rapide comme la tempête.

29. Son rugissement est comme celui d'un lion; il frémira comme les houx, et poussera des cris, et il se jettera sur sa proie, et l'emportera sans que personne la lui puisse ôter.

30. En ce jour-là, il s'élançera sur Israël avec des cris semblables au bruissement des flots de la mer; nous regarderons cette terre, et nous ne verrons que ténèbres et qu'affliction, sans qu'il paraisse aucun rayon de lumière dans une obscurité si profonde.

## COMMENTARIUM.

*Cantabo dilecto meo populo Israelico canticum Dei mihi dilectissimi*, quod jussit me canere de vinea sua, ipso nempe populo. *Dod enim patrum* et *charum* significat: 4 Sam. 14: *Patruus Saulis*, Levit. 25, Amos 6, etc.; et femininum *dodah, amitam*, sororem patris, Exod. 6, Levit. 18. Quid verò hæc significent in sequentibus aperiam.

VERS. 2. — ET SEPIVIT. Verbum *arac* hoc loco tantum legitur, et habet cognitionem cum verbo *karac*: significat autem *munire vel sepe*, vel *macerat*. ET LAPIDAVIT. Verbum Hebraicum *sacal* dicitur de *lapidibus*, ut *iarah de sagittis*. Est ergo *lapides in destinatum locum librando mittere*; et in secundâ conjugatione cum accusativo nominis sui pronomini illam significationem quam dixi videtur habere, ut 2 Sam. 16: *Et lapidavit Davidem*. Proinde hic *lapidare* dixi. Et more Hebraeo hæc duo verba possunt construi simul, sic: *munivit et lapidavit*, id est, *lapidibus munivit*: ut non sepe fecisse intelligas, quam facile transcendere quis posset, sed mure eam munierit; vel, *sepavit et lapidavit*, quasi sepe ex verprimis superponeret macerare ex lapidibus. Vide v. 5. Nec me laet, verbum hoc quasi contrariâ significatione *clapidare* vel *delapidare* significare, id est, *lapides auferre*, sicut accepit *Vulg.*; verum quia in hæc significatione constructur cum casu auferendi mediante prepositione  $\text{ב}$  ut infra cap. 62, idcirco aliam acceptionem in versione secutus sum. *Sorek*: pro quo ego verti *surculo*; nam congruit vox hæc cum Hebraeo *sorek*. Latini *malculos* dicunt, qui, ut inquit Plinius, sunt *surculi capitulati terre infixi*, etc.; et Jer. 2: *Ego plantavi sorax, semen veritatis*, etc. Ut non opus sit dicere *genus esse vitis laudatissimæ*, ut multi existimant. Est quidem et nomen proprium vallis in Palaestina ubi Samson adomavit Dalila, Jud. 16, quam credo sic dictam à *vinetis* quæ habuit. Quòd autem *surculum* significet, ostendit locus Gen. 49, et infra cap. 46: *Domini gentium percusserunt surculos ejus*; ubi *Vulg.* non male reddidit *flagella ejus*, etc. TORQUEBAR. Hebraeis *vas* seu locus est à *cavitate* appellationem habens, in quo uvæ calcantur et exprimuntur: *lacum* dixissem, nisi esset vox  $\text{בְּסוֹמְרוֹס}$ . EXPECTAVI; vel *intendus fui*, vel *vehementer expectavi*. Nam verbum *caah* non satis exprimitur verbo *expectans*, sed neque alio verbo latino. Et quidem primariâ significatione puto esse artis per-

spectivæ et lineæ ducentium, de quo nonnulli infra cap. 27, deinde ad motum seu inclinationem animi et voluntatis transferunt; variatque modum significandi ex constructione, et poteris nunc transferre verbo *affectandi*, nunc *apprehendendi*, nunc *amplectendi*, nunc *intendendi*. Neque sanè abluisti Paulus cum ulitur verbo  $\text{ἀντιπροσέδοξαι}$ , quæ quidem Græcis propriè significat *vehementem sollicitam et anxiam expectationem, quæ sanè non est sine aliquo gestu capitis*, Ferè idem significat verbum  $\text{ἀντιπείνω}$ , id est, *defixis oculis, seu immotis et irreverberatis oculis, intueri, et quasi oculis pendere*: quo verbo usus est Lucas, Act. 1. FACERET UVAS. Hebraismus planus est, *produceret vel proferret uvas*. LABRUSCAS. Heb. *heuschim*, q. d., *fatidas*, id est, odibiles (*boscus enim fector est*); has enim qui gustat, abominatur ut rem fœtidam. Græci hujusmodi uvæ  $\text{ἄγρια}$  appellant; et  $\text{ἄγρια}$  succus est *acerbe uvæ nondum maturæ*, Diosc. lib. 3, cap. 7. Significat ergo *fructus insuaves promissæ et gustati acerbos*.

VERS. 5. — Hactenus erat canticum patrum Isaie, quod cum in Dominum convenire diceret Propheta, intert jam v. 5: *Et nunc, vel potius, nunc ergo habitatores Jerusalem, et viri Judæi* (est enim numerus singularis pro plur.), *nunc dicite*, etc., sub personâ ipsis Domini. In sequentibus exponit Propheta hoc canticum, quod quædam parabola seu allegoria erat, et rempublicam Judæorum *vineam Domini* esse aperit. Hanc habuisse Dominum in *cornu* dicitur v. 1. Tota enim Palaestina et terra illa ad quam Dominus Israelitis adduxit *cornu* dici merito potuit; oblonga enim erat neque in latitudinem admodum extendebatur. Vide librum Josue. Quam pinguis autem fuerit, narrat historia; et sacra et profana: Quæ verè sequuntur et v. 2 continentur, per singula exponere nequaquam necessarium fuerit. Significant autem omnia quæ ad prosperitatem et felicitatem reipublice pertinere possent, à Domino in eam collata fuisse. Nam et tutos eos ab hostibus reddidit; de novo enim regnum illud formaverat ac propagaverat, leges ac conformandos mores optimas considerat, templo et cultu Dei ornavit, regnum sacerdotale vel regale sacerdotium illud fecerat. Erant itaque et hostibus formidandi, et inter se pacem colere, et in Deum pii atque religiosi esse poterant. Denique nihil desiderabatur ad illius reipublicæ felicitatem. Quomodo autem *labruscas* pro *apis* legerit, postea videbimus. Versu autem tertio *ciens Jerusalemitanos* et ipsos *Judeos* *judices esse* vult in hæc causâ. Ad quem profectò locum respexit Dominus quando, ubi parabolam de vineâ in Evangelio proposuisset, subintulit: *Quid vobis videtur? quid faciet Dominus colonis illis?* etc.

VERS. 4. — Quid est quod derit, etc. Hebraismus: *Quid ad faciendum ultra, et non feci?* id est: *Quid supererit faciendum quod non fecerim?* Hæc est Domini causa, hæc querimonia. Qui autem sic interrogat, certus est quòd nihil ei objici possit, Homo autem verò dicere poterit: *Quid debui facere Domino meo quod fecerim? quis ego? qualis ego? quid non mali ego? di-*

cebat Augustinus. An quòd EXPECTAVI, etc. Est hic dictio quædam in Hebraeo *madua*, de qua illis assentior qui ditionem esse compositam dicunt ex *mih* et verbo *ada*, servitque interrogationibus quæ fiunt ad cognoscendam causam allicius rei, id est, *cur, quare*. Est autem Hebraismus: *Cur expectari ut faceret uvas, et fecit labruscas?* id est: *Cur fecit labruscas, cum justè ego uvas expectarem?* quasi ponatur prius verbum pro ablativo absoluto: *Cur expectante me, ut, etc., fecit labruscas?* et ita quidam doctè transtulit. Cùm etiam *cur fecerit labruscas* interrogat, scit nihil posse responderi. Et quidem annotatione dignum est, quòd nullam excusationem obtendere atque afferre possimus quominus per omnia Dei expectationi respondeamus, et sat pro ratione nobis esse delect expectatio Domini; non enim est (ut dicebat ille malus servus) *Dominus austerus, qui respocat quod non reposuit, aut metat ubi non seminavit*.

VERS. 5. — ET NUNC; vel, *nunc ergo*. *Age*; na adhortantis est. *ADFERAM ET DIRIAM*. Dixit *Vulg.* de sensu sollicitus, quasi infinitivi essent, quibus pro aliis temporibus utuntur. Ego mali in formâ imperativorum accipere, quòd indignationem quamdam forma hæc loquendi notat, simplicemque loquendi modum in sequentibus non semel videbimus. *SEPEM UVAS*. A verbo *sic*, quod *reipubis sepe* significat; id est nomen *mesub*, quòd *apinam* collectivè significat, ut Mich. 7, et Prov. 15. Solent autem super maceriam spinæ collocari; idè *spinatum* dixi. Supra jam dixi de verbo *baar*, quòd *adverere*, deinde et *depassi* significaret. *MACERIAM*. *Gadar* est *sepe maceris*, inde ponitur pro ipsâ *maceris ex lapidibus*, quarvis ex aliâ quoque materia fieret. Eadem figurâ loquitur Scriptura Prov. 24; nam de vineâ loquens ait: *Spina operuerunt superficiem ejus, et sepes lapidum ejus dirata est*. Hujus quoque vocis significationem videtur Paulus expressisse Ephes. 4: *Ipsæ, inquit, est pax nostra, qui fecit ex utriusque unum, et interstitium maceris diruit*.

VERS. 6. — *DESERTAM*. *Batah*, *vacuitas* est Hebraeis, seu *concauitas*, seu potius *efflorescens*; cuiusmodi sunt quæ post evulsas arbores seu plantas manent, aut quæ in torrentibus post delapsas aquas apparent. Vide infra cap. 7. Congruit autem cum voce *bai*. NON FODIERUN. Vel *sarculabitur*. Nam verbum *adar* Hebraeis propriè est *cogi, congeri, contrahi, congregari, colligi* in unum, unde in voce passivâ est *instrumentum aliquo terram contrahi in cumulum*, ut fit circa vites, ad quas terra sarculo contrahitur, sicut etiam fit arando. Vide infra cap. 7. Possuemus ergo reddere non *concerabatur*. Verbum *alah, ascendit*, Hebraeis multis rebus accommodatur, et, ut vides, hic è terrâ nascentibus et alibi sepe tribuitur; valetque quòd Latinis *creescere, succrescere*. *VERES*, seu *reppictum*. A verbo *scharmar*, quòd *custodire* significat, venit hoc nomen *scharmir*, nomen collectivum, quòd *reppictum seu sententium* significat, vel quòd *aculeis serret retinetque* homines aut pecudes, vel quòd *sata detinet ac suffocet*, aut sanè quòd ab ipsis se *custodiat* homo et sibi careat. Infra cap. 7 et 18. ET MANDABO NUBIBUS. Ego

hebraïsmum expressi: *Contra mbes præceptum ponam*. Et planus est sensus. Possumus et aliter hanc loquendi formam explicare, cum quodam viro docto in Hebraicis. Inquit enim quòd si post verbum, *trivah*, sequatur dicitio privativa, eandem virtutem habeat quam Latinis verbum *reco* et *prohibeo*; q. d.: *Nubesque velato plueret*, ut Gen. 3, Thren. 4, etc. *Nomen autem ab propriè densum seu densitatem* designat; at hoc nomine plerumque vocant Hebræi *nubem densiorem*. Abah enim est *condensatum esse*, Deut. 32, *impinguitus est, saginatus est, condensatus est*. Illas ergo nubes significat quæ densiores vel graviores sunt, et in pluvias faciliè resolvuntur. Hæc mala quæ hic minatur Dominus vers. 5. Psalmista etiam sub nomine vineæ jam republicam Judæorum expertam suo tempore defuit, Psal. 80: *Destruisti maceriem ejus; rudentiant eam qui prætergrediuntur viam; et multa hujusmodi, quod incensa igni, et suffossa, etc.* Qui locus Psalmi admonuit me ut alium hic sensum subodorarem, videlicet ut verba ita reddantur: *Remove progines ejus* (vel *ramos ejus*), *et sit in exustionem*; nam ab eodem verbo soc venit nomen *suc*, quod *ramum frondosum* significat. Jud. 9: *Succiderunt quisque ramum suum*; et in formâ femin., *socah*, ibidem. Ex quo suspicari jure et merito possumus propriam significationem verbi *suc* non tam esse *sepire* quam *condensare, obstruere, et ramis, seu reprobis, viam aut rem aliquam impedire, ut munitior sit et magis inaccessa*. Unde et *socoth, pali super quos pelles et alia ad siccamdam extenduntur*; quapropter *mesoch* videtur etiam significare quod nos *stacas* vocamus, quæ sunt veluti clavi lignei quorum usus est in tentoriis: quod vers. 2 vocavit *sorek, surculum*, ipsas denique plantas et vites. Facile jam fuerit intelligere quomodo respublica Judæorum hæc perpressa sit: non quòd similia ante adventum Domini non experti fuerint, sed vix hæc de alterâ vastatione intelligi possunt quàm de ultimâ. Quapropter et cum de eâ Propheta præcedentibus capitibus locutus fuisset, et de paucis reliquis servatis, tempestivè jam ei videbatur in canticum prorumpere, quod rem totam comprehenderet atque explanaret, initia, media et finem. Hic enim mos fuit Prophetis et sacris scriptoribus. Vide lib. Judicum, et Deut., et infra iterum observatum videbimus. Atque hanc Propheta promptitudinem et spiritus impetum non nihil significabat adhortantis illa particula *na*. Quando, quæso, sic patuit Israel hostium incursionibus, ut ardere tota respublica et conflagrare visa fuerit? quando sic conceidit fortitudo bellica, et contrite sunt universæ vires Judæorum? quando sic ruptus et dirutus fuit murus civitatis sanctæ, et templum et totum ipsum regnum, ut omnino spes etiam restitutionis et restaurationis interierit? quando inquam, nisi post occisum Dominum? In superioribus enim captivitatibus non eradicabatur penitus vinea; adhuc remanebant vites, et forma reipublicæ aliquâ ex parte apparebat; at à mille et quingentis annis ne speciem quidem reipublicæ habent. Olim calamitas quæ accidebat, vutatio quædam esse videbatur, ut uberioris

postea fructus ederet; at Titus et post ipsum Adrianus omnia funditis everterunt, et infideles sedes illas occupant: in animis verò Judæorum nihil nisi fraudes regnant et imposturæ omneque genus spinarum. Quòd si hæc negaverint, quid dicent aut respondunt ad illud de *nubibus*, quod eruditè satis Hieronymus de Prophetis et sacri verbi interpretibus exponit, quibus nunquam carere Judæi nisi in hæc ultimâ captivitate? Ut nos interim erudiamur quæ sit sors inimicorum Dei. Nihil apud ipsos decorum, nihil viridè; bestiarum dentibus et pedibus expositi semper sunt; senticosos et morosos videas, sibi et aliis graves ac molestos; omnia occupat sterilitas, ut eorum curam Dominus abjecisse videri possit; adeò ut bonus ille Pater celestis, qui *pluit super justos et injustos*, id est, super utrumque agros, animos ipsorum sæpè verbi sui imbre et cœlestibus pluvius destituit, aut certè adeò sterile esse sinat ac si nunquam super eos nubes pluviam depluerent. De felicitate autem iustorum quid sentiendum sit suis quoque locis videbimus.

VERS. 7. — *ET VIRI*. Hebr. *isch, vir*. In singulari aliquando collectivè capitur. GERMES DELECTABLE. Vel *plantatio delectationum*. Hebræis verbum duplicatum *schiaschea* secundæ conjugationis semper in bonam partem accipitur, significatque blandam applicationem ad rem aliquam, ex quâ voluptatem et oblectationem accipimus; et includit gestum applaudentium et blandè se applicantium, de quo infra 41 et 26. Hinc nomen plurale tantum *schaaschum, blandi et amabilem amplexus et basia*. Vulg., *Prov. 8, dixi delicias*. Sunt autem blandimenta amantium. *Intentus expectabat*, id est, expectaverat. Vide supra vers. 2. HUMILIATIO. Quid sentiendum sit de verbo *sephac*, à quo nomen *misephac*, vide supra 3, 17. Somnia enim existimo esse quæ hic alii afferunt de *plagi, de scabie, de leprâ*. Alii *conciabulum*, alii *plagam lepræ* vertunt. Ego, quia verbum *deprimere* seu *humiliare*, quemadmodum ancillæ et servi humiliantur, significat, *humiliationem* dixi. Neque est quod rectius *judicio* opponatur; nihil enim aliud est in republicâ *judicium* quam sublevatio quædam miserorum, qui à potentioribus, si absit *judicium*, opprimi solent: quòd si ipsi iudices sint qui pauperes opprimant, quid erit nisi pauperum, pupillorum et viduarum conculo? Hoc profectò est quod dicit alius Propheta: *judicium in absinthium conversum*, ut, unde solamen pauperes expectant, id est amaritudo dimanet. Hoc et sequens membrum explicat, dum *pro justitiâ clamorem* (seu *vociferationem*) reddidisse eos affirmat. Est autem *isaac* non *clamare* tantum, sed *ex dolore animi aliquid valdè indignum ferentis vociferari*. Et omnino idem est cum verbo *raac*. Eadem ratione *iseacah* non simpliciter *clamor* est, sed *querimonia, questus*, seu *querela cum clamore*. Cum autem *justitiæ* sit, cuique suum reddere, ea si absit, omnia sunt ejulata, questu et genuit plena. Ecce habes *labruscas* pro *unis*, et quàm amari fructus sint palato Domini injuriæ et oppressiones. Omphacion profectò propinant Domino qui pauperes opprimunt, non minus acerbum quàm quod in cruce pendenti vi-

nitores hujus vineæ obtulerunt. Veritatem profectò hujus Prophetiæ tunc comprobantur Judæi nescientes quid facerent. Elegantem paronomasiam in verbis hic merito ac jure annotat Rabbi: quam qui Hebræicè nesciunt, hic videre possunt.

judicium, MISPAT.	Labruscæ,	humiliatio, MISPACH.
Uvæ,	justitiâ, TSADAKA.	vociferatio. TSA'AKAH.

In verbis quoque illis, *plantatio blanditiarum ejus*, ne omnia conferre felicitatem hanc cum sorte illa impiorum quam hoc capite, superiori versu, descripsit Propheta. *Si hoc non est de celo in terram, imò in abyssum præcipitari*, quid aliud sit, ignorat Bernardus. Væ illis qui tantam ruinam non sentiunt! Blanditas has Domini ad Judæos præsertim ad regnum Judæ, describit sacra historiæ: quorum, teste Paulo, Rom. 9, *erat adoptio, gloria, testamenta, legislatio, obsequium* (seu *cultus*), et *promissiones; quorum sunt patres, et ex quibus Christus secundum carnem*. Quæ blandimenta amoris majora ostendere potuisset? quæ oscula, qui amplexus huic, quod ultimo loco dixit, comparari possunt? Hunc profectò totum amoris thesaurum longè superat, quòd novissimis diebus *non angelos, sed humanum genus et semen Abrahamæ apprehendit*, et quidem ita apprehendit et sibi, *cum in formâ Dei esset*, mirabiliter conjunxit, ut neque illud verbum *schiaschea*, quod ad indicandam ejusmodi artissimam atque suavissimam conjunctionem affectum esse videtur, explicare pro dignitate sufficiat.

VERS. 8. — Jam particulatim describere incipit acerbiter fructum, et à cupiditate incipit, quæ omnium *motorum radix* est. Quamvis autem aliorum possessiones hic directas non dicat neque vi extortas, sed tantum *prædia prædiis adjuncta, atque aedes aditus*, quod per commutationem atque emptionem fieri posse videtur, nihilominus fieri haudquaquam potest ut qui ejusmodi studio laborant, non faciant injuriam, non vim inferant, non metu et minis ad vendendum cogant, non interdum minoris quàm res sit emant, et in hujusmodi laqueos non incidant; qui fructus Deo et proximis acerbis nimis sunt. USQUE AD TERMINUM LOCI. Vel *donec nihil loci, vel non locus, scilicet superest*. Vox enim *ephes, defectum, cessationem, finem, terminum*, ultra quem nihil amplius superest, notat; quamquam commodè lingua Latinâ nisi particula exclusivâ seu terminativâ reddi posse videatur, infra 41 his. *NUMQUID SOLI VOS*, etc. In Hebræo non est illa nota interrogationis; sed cum interdum omittatur, possumus accipere hæc verba cum *Vulgato*. Ad verbum autem sic habetur, *et habitatores constituantini soli vos in medio terræ*. Ea quidem si conjunctionem pro particula consecutionis accipiamus, planis erit sensus, *copulatis agrum agro, etc., ut soli vos habitetis in medio terræ*, id est, soli vos optimis quibusque fruatini, nihilque vobis desit tan-

quam rerum dominis. Sic enim interdum usurpant Hebræi phrasim hanc, ut in lib. Reg.: *In medio populi mei habito*, id est, nullius indigeo.

VERS. 9. — *IN AERIBUS JEROVA*. Si hæc ad ea quæ præcedunt referas, sicut *Vulg.* accepit, aposiopesis est seu reticentia indignationis et minarum plena, q. d.: *Hoc vestrum studium quo pertingere facitis domum ad domum, vel potius quo conjungere et continuare studetis plures domos, item illud quòd agrum appropinquare (vel potius pervenire) facitis, jam appropinquat (vel pervenit) ad aures Domini*. Clamor oppressorum à vestrà cupiditate auribus Jehova percipitur. Ita in Deut., ubi oppressiones has numeravit: *Nonne hæc condita sunt apud me, et signata in thesauris meis? Mea ultio, etc.* Possunt tamen ad sequentia referri: *In auribus Jehova, id est, teste seu audiente Jehova, dico*. NISI DOMUS ULTÆ DESERTÆ, etc. Forma est jurantis cum imprecationibus, quæ tamen religionis causâ non exprimitur ab Hebræis, nisi raro. Latini: *Dispercam, nisi*, etc. Pro quibus etiam dicere solent: *Faciat mihi Dominus, et hæc addat, nisi, etc.*; quæ tamen non explicat quæ sint. Penam autem accommodat culpæ. *Anhelabatis ad multitudinem domorum, ut amplas aedes et magnificè constructas habereis? erunt ergo multe illæ et amplæ et artificiosè ornate domus in afflatum*. De verbo autem *schemah*, à quo *schemeh*, vide supra 4, 7. Non malè *Vulg.* per *desertum esse solet reddere*. Supra enim vastitatem et inexpectatam subversionem afflare solent homines, quasi indigni ob culpam, vel admirantes ob penam. ANSQUE HABITATORE. Hebr., *præ non existente habitatore*. Nam particula *negandi en* apud Hebræos verbum substantivum in suâ significatione includit; et *mem interdum valet præ, seu propter*.

VERS. 10. — *Quia agrum agro copulabant* (vox autem Hebræa *sadeh* quamlibet partem terræ: *cultam arvis, pascuis, pratis, arboribus, herbis et hortis* significat), penam accommodat cupiditati. Est autem *bath* nomen mensuræ liquidorum, habens appellationem à *vacuitate et capacitate*, ut pleraque alia, et tantum liquidorum capit quantum aridorum *epha*, nempe decimam partem homer. Est autem homer *quam coram dicere possumus; continet decem ephos*. Multi putant esse idem quòd *omer*. JUGERA. Nomen Hebræum *tsamed* est *conjugium seu jugum*, et *unius ad alterum conjugatio seu copulatio*. Possumus ergo *jugera* vertere cum *Vulg.*, vel *decem paria cistrarum* (vel *cistrarum*) *vis plena, quæ nullis aut aliis jugalibus super imponuntur*.

VERS. 11. — *Ve, qui consurgitis manè*. Vel *manicantibus*. Verbum *schaacah*, quod non est in usu nisi in tertiâ, est *manè surgere*, quod Gellius *manicare* dicit. Et sicut nos ita Hebræi aliquando appellant nomen *boker*, id est, *multo manè, diluculo, primâ luce*; aliquando non. Quomodo alii hæc orationem reddant, apud ipsos videas: ego certè et verba et phrasim et sensum simel expressi. Si interpretes Hispanè nōsent, intellexissent quid significaret *vis mancare* absolutè posita. Nos enim ex *de et post facinus despois*,

id est, deinde, postea, quando non regit castum. Ita Hebraei componentes *mem* cum *acere*, adverbium temporis faciunt. Item forma est regiminis; unde non videtur participium esse, id est, *manicantes* vel *urgentes*, sed *per mane* seu *manicationibus* accipiendum; nam et in singulari *mischethim* saepe subit rationem adverbii. *Jer. 5: Vultus eius saginati mane fuerunt*, etc. Et in plurali in hae ipsa forma Ps. 127: *In vanum (vel vanum) sunt vobis manicationes, urgendo, deinde deslendo*, etc.; ubi etiam habes vocem *meacore*, de qua paulo ante: *quare non puto esse participium verbi secundae conjugationis acer*, ut quidam putarunt. Invehitur ergo in manicantes, et ipsas manicationes detestatur quod non ad orandum, non ad laudandum Deum propter opera ipsius, sed ad ebrietatem et luxuriam, quibus gravata corpora non possunt nisi terrena sapere. Et has voluptates *acorus* suas vocat, sicut in Evangelio delicias et divitias *spinus* dixit Dominus. Est autem *scheacur* generaliter Hebraeis omnis potus *factivus* qui *inebriare potest*. Redditur tere *sicera*, parum deflexa voce Hebraea. *Inebriatum vel temetum* dicere possumus. Ad *vesperam*. Hebraeis tempus illud obscurius vel post vespere ante noctem vel post noctem ante diem, quod utrumque Latini *crepusculum* vocant, dicitur *nasechaph*; à verbo quod *flare* significat, quod eo tempore aura flare solet. Obijcit ergo quod, etiam tempus matutinum computationibus insinuerunt, vespere sive nocte toti vino inebriarent et inflammarentur. Ebrietatibus enim noctem aptam esse vel Paulus ipse significavit, quando ait: *Qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt*, etc.

VERS. 12. — In duodecimo autem versu, quod in eorum convivis omnia sint profana, nihil sacrum, nulli hymni, nulla divinum memoria beneficiorum, sed omnia musicis instrumentis et ebriorum vocibus perstreperent; convivia, inquit, eorum nihil aliud sunt, nihil aliud in eis conspicitur, nisi *cithara*, etc. Vox Hebraea *kinor* congruit cum altera *tsinor*, id est, *canalis per quem aqua dilabatur*. Ita et in cithara est aliquid instar canalium, unde chordae quodammodo defluunt quae sonitum reddunt. Hinc fortè lacus Ille *Tiberiadis kinoruth* dictus est, quod figuram citharae haberet; postea dictus est *Syriacè ginoser*, unde tempore Christi *Genesareth*, cuius etymologiam dicebat Caninus ille praecipitor meus esse à *sar*, princeps, et *gen*, hortus: tota enim illa regio quae circumjacebat lacui regis hortis consista erat. *NABELA*. Consentit vox cum Hebraea *nebel*. *Josephus lib. Antiq. 7, cap. 12*, scribit *kinor decem habuisse chordas, et plectro percussit solitum*; *NEBEL* vero *duodecim, et tangi consuevitse digitis*. Unde verisimile est fuisse vas seu instrumentum nostrae chelyi seu testudini non dissimile; à *vacuitate* autem, ut plerumque alia, nomen habet. *TYMPANUM*. *Thoph* credo, quod à sono nomen habet, sicut et verbum *thaphah*. *TIMA*. Hebraeis nomen habet à *profanatione, kalil*. *CONVIVIA*. Hebraeis nomen habent à *potu*: à *schaithah* dicitur *mischethèh*, q. d., *compositio*. Sic quoque putarem Latinis *convivium*, q. d. *convivium* dictum nisi Ciceronis auctoritas obsteret, qui à *convivendo* dicit vulg.

Certe Graecis *ουρανοεις* à *composito* etiam dicitur. Verba autem *seclantur, inflamantur, est, aspicunt*, in Hebraeo sunt in forma futuri, sed sine dubio pro praesentibus ponuntur, et consuetudinem notant. Verbum autem *vident* est in forma praeteriti. Notandum interdum haec duo verba *nibes* et *raah* non tantum etiam ad aspectum, sed etiam *pressam considerationem*; cuiusmodi erat illius qui ubi de operibus Domini verba fecisset, prorupit: *Quam magnificata sunt opera tua, etc.*, et *meditabar in omnibus operibus tuis et in factis manuum tuarum*, etc. Nihilque dignius videtur quam ut qui creaturis Domini fruuntur, illarum autorem recognoscant, et pro beneficiis gratias referant. Vide Psal. 28, 5: *Quoniam non intelligunt ad opera Domini et ad factum manuum ejus, eruis eis, et non edificas*, etc. Certe salus fuisset ante lucem surgere, et mane et vespere et meridie annuntiare laudes Domini. Verum si hoc loco *opus Domini et facta Domini* pro eis quae facturus esset Dominus, sequae facturum comminabatur per Prophetas, intelligamus, ut infra v. 19, fortasse nihil alienum à mente Prophetae dicemus.

VERS. 13. — CAPTIVUS DECTUS EST, *Vel disparuit*. Nam verbum *galah* est de numero eorum verborum quae contrarias habent significationes, *appareo et dispareo*, etc. Hinc factum est ut pro *migrare* et *exulare* accipiatur. At quod sequitur variè ab aliis intelligitur; quae apud ipsos videre poteris. Mihi simplicissima interpretatio videtur ut illud *absque scientia* idem sit quod *insperato, inopinato, subito*, cum nihil minus timentur; nam sicut *quidquam agere absque scientia* est Hebraeis interdum ignoranter agere, ut Dent. 19: *Qui perussit sodalem absque scientia*; ita *quidquam pati absque scientia* hoc loco accipi potest pro *inopinato* seu *insperato*. Congruunt autem poena culpa. Nam totus dies in gaudio docebant repellentes à se quidquid mererem afferre posset; ingruat in eos inopinata tempestas, veluti in nautas ebrios. NOBILES INTERERUNT FAME. Hebr., *gloria ejus viri famis*. Nomen caber collectivè pro *gloriosis* accipitur. Illos dicit *mortales fame*, si Vulg. *segetaris, vel viros famis*; nam vox alia dicitur aliis punctis et *viros* et *mortuos* significat ut merito hic quidam Hieronymum taxat quod in punctis deceptus sit: quasi verò tempore Hieronymi punctata fuerint Biblia. Vides convivantium et totos dies comedentium atque bibentium poenam? *MULTITUDO*. *Vel turba ejus*, דבתי, à verbo quod *multiplicari* significat, cuiuslibet rei *multitudinem, copiam, turbam*, à tumultu seu strepitu quem multitudo facit, nota: imò etiam pro ipso tumultu seu strepitu usuerunt; ut Graecis εἶνος: et *turbam* et *tumultum* notat. Ille pro turba visum est accipere, ut à *nobilibus, divitibus et propertibus* dividitur; nam populum *disparuisse* seu *mirgrasse* dixit, deinde *nobiles et ignobiles* commemorare videtur.

VERS. 14. — INFERNUS (1). Hebraeum sciam nemo

(1) DILATAVIT INFERNUS ANIMAM SEAM. Significat plurimos interisse fame et siti, quorum corpora terra devoravit. Nam frequentissime *infernus* in Scriptura

rectius quam Vulg. vertit. Plerumque autem pro *statu mortuorum* accipitur; et sic dicitur quod gravia quaque deorsum petant ac tendant; vel quod satiari non possit, et semper plura petere videatur, ut indicat locus ille Prov. 50: *Tria sunt quae nunquam saturantur, inferni, etc.* Sicut et Lactantius in quodam carmine etymologiam reddidisse videtur, cum scribit: *Inferus insatiabiliter cava guttura pandit.*

Id ipsum Dent. 32 vocat *Moses infernum inferiorem*, et David quem locum alio nomine Ezechiel, *terram inferiorem* vocat. Ad quem locum fortè allusit Paulus, cum ait *Dominum descendisse in inferiores partes terrae*. ANIMAM. Sumitur interdum *nephech* pro affectu, appetitu, desiderio, concupiscentia; quod etiam inferno abusive tribuitur. Modo. Hebraeum hoc propriè est *prescripta forma* seu *norma, statutum, constitutum*: hinc ad ritus et caeremonias, cultus, etc. Vulg. sensum expressit, *absque ullo termino*. FORTE EJUS, ET POPULUS EJUS. *Vel splendor ejus, et turba ejus*, etc. Relativum Hebraeis est feminini generis in his tribus nominibus: suppleendum est ergo antecedens, scilicet *terra*, cuius quasi medullam et medullam illi soli volebant possidere. Dicit itaque *ad infernum descendens nobiles et ignobiles, totumque strepitum illum in convitiis exultantium, et tripudiantium* illic. Festiva ironia. Et hic sensus simplicissimus est nisi malis *tripudiare* verbum ad infernum referre, quod in vel cum splendore et cum turba illic descendente tripudiant. Sed prior sensus magis placet. Nam verbum est masculinum et nomen inferni femininum. Eleganter autem *tripudiare ad infernum* jubet eos quorum vita erat *convivia*, ipsa verò convivia nihil aliud quam *cithara, tibia*, etc. STREPITUS. Hebraeis dictio *schaon* propriè *ruinam seu irruptionem, interitum seu praecipitium*, juxta significationem verbi *schaah*, significat; à per metalepsin est *sonitus, fragor, tumultus, strepitus, fremitus, sonus*; qui ubi profunditas est *ruinam subsequitur*. Dicit ergo *splendorem et turbam et strepitum ejus*, id est, cum fragore et strepitu suo, *illic descendere*. *Vel strepitus* hic est quem exultantes reddunt; nam hæc voce utitur Propheta infra 24, cum ait: *Cessavit strepitus exultantium*.

VERS. 15, 16. — Quam gloriosus appareat Deus ubi damnati impios, et pios conservat, quod in Scripturis est *facere judicium et justitiam*, indicat hic veritas et sequentes duo, qui ex parte in praecedentibus expositi sunt. *Humiliantur superbi; exaltatur Deus; justus et sanctus praedicatur, qui non reliquerit virgum improborum super sortem justorum*.

VERS. 17. — In hoc versu tanta est varietas quot sunt interpretes; quorum interpretationes non damno. Deibussent profecto diligentius verba examinasse, et rerum consecutionem considerasse. Et quidem, ut solent viri docti, in locis difficultibus (neque enim abstrahentium est mendacium) primò puncta cogitatione pro sepulcro accipitur. Et intelligunt quidam hoc de primo excidio *Jerosolymitano*; alii de secundo, quod post Christi passionem contigit; ad utrumque enim referri potest.

detrahenda et quasi abradenda sunt: quod ubi fecerimus, licet significationes vocum latius pateant, id tamen non parum juxtabit ad verum sensum investigandum. Quod vox *coreboth gladius et siccitates* significet, nemini dubium est; de quo jam supra 1, 20. Certum est etiam vocem *garim* posse esse participium à verbo *garah*, quod *attrahere* significat; et cum de animalibus dicitur, *ruminare* interpretatur Hieronymus, quia quae ruminant animalia cibum in os attrahant. Potest quoque esse à verbo *gur*, et significabit *peregrinos*, quemadmodum accepit Vulg. et alii. *Rursus vox kedabar potest accipi vel juxta ordinem, vel juxta verbum*. Nam pro eo quod scribitur 1 Par. 21: *Ascendit David kedabar Gad*, id est, in verbo (vel jussu) *Gad*; scribitur 2 Sam. 24: *Kedabar, juxta verbum*, ut quasi idem sit; et Ps. 17: *Ab studiis hominum kedabar, in verbo (vel juxta verbum) laborum tuorum ego abstini*, id est, ut tu diffinieras, juxta praescriptum tuum, et ut tu verbis significaveras. Potest ergo hoc loco esse quod alibi dicitur *voluntas laborum*; ut sic vertere liceat: *Et pascentur agni juxta verbum ipsorum, et gladius medullata ruminantia devorabit*; quasi explicet quomodo *Dominus exaltabitur vel sanctificabitur in judicio et justitia*: cum scilicet agni innocentes, secundum quod optaverint, in pasuis uberrimis à Domino pascentur (de quibus Dominus in Evangelio: *Ingredientur et egredientur, et pascuia invenient*, id est, quocumque se vertant), ut non fraudentur à desiderio suo neque voluntate laborum suorum: venter autem illi pinguis, et qui ab alio Propheta vocatur *vacca pinguis*, homines vino et crapulae dediti, quorum stomachus erudum eructat, qui potu ciboque ventrum distendunt seseque ingurgitant, ut non nimiam repletionem ad os redeant cibi; isti, inquam, *gladio devorentur*: ut idem sit quod c. 1, 19, 20, dixerat eisdem ferme verbis: *Si dicto audientes fueritis, bona terre comedetis: si nolueritis, etc., gladio absumemini vel siccitate*. Hic sensus planus est neque aliquæ parte violentus. Possumus quoque *coreboth* pro *siccitatibus* accipere, id est, aridis pascuis, et in casu accusandi; q. d.: *Medullata ruminantia comedent siccitates*; ut opponatur *pastui agnorum*; juxta illud: *Eccc servi mei comedent, et vos esurietis*. Quid si quis totum versum in bonam partem velit accipere, poterit in hunc modum: *Pascentur agni juxta verbum ipsorum, et siccitates medullatorum*, id est, jugulata medullata, vel medullatorum sicca et exanguia cadavera, *advenne comedent*: ut idem sit quod in Evangelio Dominus dicit: *Auferetur à vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus*, etc. Quid si quis rari verbum ex duplicato *raa* dixerit esse, quod cum regit accusativum, ut Job. 34 (de quo infra cap. 24) est quasi opposita significationis verbo *raa*, id est, *depassare ad similitudinem pecorum quae agros depascunt*; hic erit sensus: *Depascent agnos juxta ordinem ipsorum, et sine sanguine sicca corpora medullatorum ruminantium comedent*; id est: *Vescentur carnes pinguis et mundis, non juxta ritus gentium, sed juxta formam à Deo ipsis praesciptam, absque sanguine*. Quid, si de sacri-

(Clarior.)

ficus haec intelligenda sint? quod *deparent agnos juxta ritum à Deo prescriptum, et gladiis occident animam pinguis et munda; ut sit similis locus illi Mal. 5. Postquam dixit quod Dominus excoqueret suos quasi aurum et argentum, subinfert: Et erant Domino offerentes sacrificia in iustitia, et placebunt Domino sacrificia Juda et Jerusalem, sicut diebus seculi, etc. Et illud Psal. 8. Adificetur muri Jerusalem. Tunc accepta sacrificium iustitiae; tunc imponet super altare tuum vitulos. Alii alia afferunt, sed nimis violenta. Ego libenter amplector primam expositionem, ut prior pars versus ad felicitatem piorum, posterior ad poenam improborum referatur. Congruit enim cum verbis quae praecedunt, quod in iudicio et iustitia exaltabitur Dominus; et divitum epulorum illa est satis digna poena: quemadmodum qui in Evangelio intinctum digitum in aqua petebat, neque obtinebat, ad refrigerationem lingua. Et in his omnibus expositionibus *nehim* sumimus pro *medallatis*, quasi sit à verbo *מַדְּלָא*, cuius non legitur nisi hoc participium. Quod si deducimus à verbo *makah, abstersi, diuiti*, unde et *meki* instrumentum bellicum *quod aries* esse putatur à viris doctis, ut infra videbimus cap. 26; *arietes* sic vocari dicemus quod gramina deleant et absumant. Neque erit tunc contemenda versio illius qui ita transtulit, et *solitudines arietes palantes arrodent*: quod cum *agnis juxta suum ordinem pascentibus* convenit; ut *solitudines, non horrida loca*, intelligamus, sed *alemdis pecoribus apta*. Hujusmodi autem pecorum pastus argumentum est quietis et pacis. Sed praeter hoc quod *siccitates vel korebath* in hac acceptione non memini me legisse, *mekim pro arietibus* nusquam in Scripturis invenies: licet *meki* in sing. pro instrumento bellico, ut dixi, invenitur.*

VERS. 18. — V. QUI TRAHITIS (1). Hebraeum *moscheke*

(1) *Va trahentibus*, sive, ut alii volunt, *protrahentibus*, in longum producentibus (Ps. 56, 11 et 109, 12; Nehem. 9, 30) *delictum, cum fuit vanitatis*, id est, illis vanissimis, tenuissimis, quibus nihil est firmitatis aut soliditatis; sed *instar funis plastris fit peccatum*, quae Chaldaeus sine expōit: *Va iis qui incipiunt pusillum peccare, trahentes peccata in faucibus vanitatis; auferunt et crescant, donec fortiora facta sint, et quasi vinculum plastris peccata*. Hieronymus: *Quod autem juxta hebraicum et omnes alios interpretes appellatur fusciculis vanitatis, hoc significat, quod fusciculis peccatum facile textitur, et tam inane et futile est, ut araneorum filia texturatur; sed cum inde voluerimus exire, foelissimis vinculis necimur.* Jarchi: *« Va illis qui malam cupiditatem atrahunt et paulatim, initio funibus vanissimis, qui sunt instar filii telarum araneae; sed cum attracta est prava cupiditas, magis magisque invalescit, donec fiat sicut funis plastris, cui currus alligatur ad trahendum. »* Eum sensum expressit, qui novissime ex Hebraeis Isaiam teutonice reddidit, Dav. Ottenzoser. In commentario hebraico sermone conscripto, quem versionis suae addidit interpres, observat, sensu nostrum locum non differre ab illo doctorum veterum effato, quod legitur in codice Talmudico *Suceah: Prava cupiditas initio similis est fili araneae; postea, ubi assenseris, similis fit funi plastris, quo impius ita tenetur, ut constructus sese expedire nequeat. Conf. Proverb. 5, 22: Delicta sua capit impium, et funibus peccati sui constructus tenetur, ita ut eo pereat, vers. 23. Alii*

participium sic tanquam nomen usurpatum, plerumque notat consuetudinem; q. d.: *Va, qui solent trahere, veluti ex officio, iniquitatem. Non enim interdum dicitur est poena; sicut cum dixit Saül pythonissa; Vitit Jehova, si accidit tibi avos propter rem istam, etc.; et, ni fallor, ita hoc loco accipiendum est. Eodem modo accipio et nomen *kattaah*, quod *erratum* proprie dici potest. Sensus ergo est: *Va vobis qui damnationem vestram adversum vosmetipsos trahitis, et magis vi nitimini ut ad vos accedat, veluti qui plastrum onustum fune trahunt: trahitis autem perditionem vestram funibus temeritatis*, id est, vestra temeritate, audacia ac protervia. Quae sit autem haec temeritas sequenti versu explicat. Nomen *aboth* singulare est, cuius plurae *abothoth* legitur Exod. 28, et Osee 11, etc., et à verbo deducitur quod *condensationem* seu *complicationem* significat, qualis est in frondibus aut funibus et catenis. Et plerique in regimine accipiunt; quod à me non probatur: nomen enim *agalah*, id est, *plastrum*, quod super rotis volvatur, à verbo quod *rotunditatem et devolutionem* notat, à participio *trahentes* regitur.*

VERS. 19. — QUI DICITIS: FESTINET. Quae major temeritatis excogitari potest quam ut dicat peccator: *Festinet Dominus ad puniendos nos; exaequatur consilium suum quod tu, Isaias, adversum nos denuntias: jam illud experiri percipimus?* In profundum enim malorum venientes impii minas contemunt, neque minantibus servis Dei fidem adhibent; et nihil aliud quam minas esse arbitrantur. Illic genus est eorum qui vitam luxuriose degunt. Solent autem ministri Domini, dum admonent malos, saepius inculcare quod nesciant quid facturus sit Dominus, quod caveant sibi, etc. Ideo et ipsi *opus Domini* vocant, quidquid illud sit quod facturus praedicitur. *Opus*, quod toties dicitis Dominum facturum, *consilium*, quod tantà praemeditatione indiget,

aliter nostrum locum exponunt. Kimchi: *« Dicit per similitudinem, quemadmodum trahat quis plastrum conerarium cum laqueis et funibus, ita attrahere illos ad se cum vi delicti. Funes vero eorum sunt fuscis vanitatis et mendacii, et peccatum tractionis sunt cupiditatum lenocinia et voluptatum illecebrae; quibus homo ad delicta committenda inducitur. Ipsi igitur atrahunt peccatum ad suum arbitrium, cum esse assuefaciant oblectamentis vitiosae potationis. »* Interpretatio parùm dilucida. Cocecius: *« Va qui peccatum peccato, falsitatem falsitati jungitis rationibus temere excogitatis. »* Id Vatrius secutus. Alii de his agi volunt, qui *penas divinas adveniens esse negantes* (vers. 19), securi decreverint dies suos in peccatis transigere, et ad hoc sibi lenientiam parent aliis aliisque peccatis commixtis. Ita Kocherus: *« Videtur illi notari, qui frustra retinere conscientiam, evictis impedimentis omnibus, non ipsi modo praefraet et perturbaciter peccant, sed et alios ad peccandum inducunt doctrinâ fallaci, mendacisque criminis obtentis. »* Quae omnes interpretationes tamen coactiores videntur. Nos cum Bathio, aliisque interpretibus, quibus nuper et Gesenius accessit, *מַדְּלָא* et *מַדְּלָא*, metonymice effectum, id est, *penas et judicia divina* indicare putamus, ut Genes. 19, 13, et 20, 9; Zach. 14, 16, al., ut *funibus penae divinae ad se trahere* dicantur profani isti homines, qui prophetae minas contemnerent et judicia divina provocarent, quasi eorum vindictam desiderio tenerent. (Rosenmuller.)

in quo per tot annos Dominus deliberare videtur, dignum est quod videatur, quod agnoscat. *Festinet, etc.*, congeminato verborum serè idem significantium satis temeritatem et irrisionem notat. Et quia Propheta saepius *Sanctum Israelis* inculcabat, ut ad venerationem et reverentiam animos pervenerent (ut infra videbimus, ubi ipsi aiant, *cesset à nobis Sanctus Israelis*), easdem voces ipsi irridentes repetunt. Possunt et haec accipi de ipsis peccatis et iniquitatibus quas peccatores nonnulli magnâ animi contentione per summam temeritatem ad se trahunt, neque quiescunt donec perpetraverint quae animo prius conceperunt: nec satis est illis scelera perpetrâsse, nisi etiam minas Domini contemnant, credentes se impune semper victuros.

VERS. 20. — V. QUI DICITIS MALEM BONUM, etc. Hebraismus ego retinui, quod triti et faciles essent. Omnibus hoc vitium est filius hujus seculi, ut juxta leges et decreta mundi de rebus judicent. Eos igitur intelligo de malo dicere, quod bonum sit, et contra, qui patientiam et humilitatem ut res viles damnant, vindictam vero ac fastum hominem decere dicunt, idem de paupertate, modestiâ reliquâ sanctorum vivendi ratione sentientes. Caeterum *lucem in tenebras*, et contra *ponunt*, qui legem Domini, quae lux est, superstitionibus aut non sanâ doctrinâ obscurant aut corrumpunt, veluti qui contra praecceptum de honore parentum docebant filios in ararium mittere quod parentum vite necessarium erat; idem in praeccepto de dilectione, de non jurando, de non mœchando, etc., stantebant. Quas *tenebras* Dominus apud Matthaeum discutit, et veram *lucem* terris rursus restituit. *Duce autem in amarum convertunt, qui iudicium in absinthium commutabant*, de quo supra v. 7.

VERS. 21. — V. QUI SAPIENTES ESTIS. Haec est mens et sensus mundi. Quod si perversis hisce moribus accedat etiam scientia, mirum quae monstra inde oriantur. Isti inflati omnia pervertunt, et nimia auctoritate juxta carnis sapientiam immutant. Leges atque jura; et quod ipsis sapit, id sapientiam esse definiunt. Et quia plerumque à sic inflatis opinione scientiae mentibus perversa illa iudicia aut oriuntur aut vim habent atque stabiliuntur, idcirco Propheta in eos qui sibi ipsi sapientes videntur, invehitur. Quod si, ut oportet, ad tempora Christi haec referas, omnia plana erunt. In Evangelio enim horum omnium interpretationes leges Christo affirmante auferre eos *clavem scientiarum*, ut qui essent *cæci*, et *duces caecorum*, etc. *Malum*. *Raa* verbum significat *malum, durum, asperum, adversum, triste esse*; estque interdum culpae, interdum poenae sic et nomen. *Tenebras*. De verbo, quod *obscuratum esse* significat, infra cap. 15, nonnulli dicunt. Hoc autem loco quodammodo allusio esse videtur ad locum illum Gen. 4, ubi dicitur *distinxisse Deum lucem à tenebris*, quasi isti volerint opus Dei invertere: quâ quidem nulla potest esse major perversitas. *Quae enim conventio luci ad tenebras?* ut inquit Paulus 2 Cor. 11. Verum quia vinea Domini has labrucas attulit tempore Christi, haec paulo secus accipi possunt.

Quid enim dictis et factis Domini Salvatoris melius, illustrius ac dulcius? *Verba erant vita aeterna*, ipse totus erat lux, totusque desiderabilis; et tamen Pharisaeis et sacerdotibus nihil visum est pejus, nihil obscurius aut amarius. Hunc habere demonium, hunc seductorem populi, hunc dignum cruce judicatum, Barabbæ latroni et scario ipsum postponentes, datâ ipsis optione utrum illorum vellent vivere Caetera conferat praeferat lictor.

VERS. 22. — V. E. INQUI, IIS QUI AD HOC POTENTES VIDENTUR ESSE, ET AD HOC POTENTIA SUPRA ALIOS POLLENT, UT IARGIUS MIRANT. De magistratibus est sermo, quorum potestas in publicos usus est, quam illi ad suum commodum exercebant. *Yug. potentes* dixit. Possunt dicere *heroes*; *gebirim* enim proprie sunt *heroes gigantes*, seu *praepotentes*, etc., de quo infra 49: *Nunquid auferetur ab heroe praeda, etc. Viri fortes*. Hebr. *strenuitatis*. Hoc enim est *kif*, à verbo *kul*, quod est *dolere affici*, et cruciatu seu dolore angere. Unde *nil dolor vehemens*, et *hail strenuitas*, quae scilicet in labore et exercitio consistit, et quodammodo enititur laetiora et praecleara facta. Saepissime autem collectivè accipitur, et pro exercitu usurpatur, in quo sunt viri strenui, unde hic pro bellatoribus accipi potest. Sumitur interdum pro facultatibus strenuitate parvis. Exempla inferius occurrunt. Unde et pro divitibus potest hic accipi. Supra vers. 11 dixi de nomine *shekhar*. Nomen autem *iaim, vinum* Latinis, et Graecis *ivoi*; consentientibus vocibus, videtur habere connotationem cum nomine *יין* id est, *lutum liquidum, seu fax, à turbiditate*, quod in terrâ Chanaan vina fuerint turbida et faeculenta rubrique coloris. Noe autem à *reno*, quo inebriatus est, quique ipsum primus reperiit, Graecis *ὄινος*, Latinis *Janus* dicitur, à voce nimirum *JAIN*. Ad infundendum. Proprie *maschac* significat *infundere è superius*; ut è vase in vas inferius. Hinc nomina quae Hebraeis *infusionem liquidorum* notant. Vide infra c. 63.

VERS. 23. QUI JUSTIFICARIS. In Hebraeo est tertia persona in verbo sequenti, *auferant*; ideo participium etiam per tertiam reddidi, qui *justificantur, vel sunt justificatores*, id est, absolvent et iustum promittant eum qui ob improbitatem etc., id est, reus, est. Praeprie enim *RASCHA improbus* est: hinc pro *sonite et reo*, quod isti sunt digni morte. Respicit hic locus ad locum Num. 33, ubi dicitur: *Non accipias pretium redemptionis pro vitâ homicidæ, quando ipse RASCHA ad moriendum, sed morte moriatur; id est, reus mortis*: sicut in Mathæo est Graecè redditum *ἐπιζητῶ δίκην*. Credo autem hâc voce usos Iudeos, quam Joannes Graecè dixit *κατάρα*, *malefactor*; nisi esset hic *improbus, nocens, seditiosus*, etc. Quod si redimi vitam improbi pretio etiam in publicam utilitatem conferendo volebat Dominus, quomodo iustitiam largitionibus corrumpi patere? PROPTER. Vel pro. Hebr. *acab*. Vox haec à verbo est quod *passum dare* seu *supplantare* significat, ut apparet ex nomine *Jacob*, cuius etymologia habes Gen. 27, cum hoc ipso verbo. Significat autem *calcem, calcaneum, plantam, vestigium*. Verum

quia calcaneus seu planta ultimam est in animale, contemuntur aliquando pro *sine laboris*, id est, *mercede*, *fructu*, *compensatione*, non aliter atque apud Græcos *τὸν κῆρον*, pro *fructu* et *emolumento* quod ex re *quâpiam* capitur, usurpatur. Sæpius autem subit præpositionis officium, *pro propter*, etc., quia ejusmodi particula notat causam finalem, ut vel hinc videas proprietatem linguæ Hebrææ, et quàm sit naturæ conveniens. Illud quoque *pro minere* repetendum est in secundo membro, et *pro munere auferunt justitiam*, etc. At *potestas est à Deo in laudem bonorum, vindictam autem improborum*, teste Paulo. Considera hic consecutiones verborum, in quibus et rerum consecutionem intelliges, unde non parùm eruditio in Scripturis erueri poteris. Luxu nobilium et magistratum connectit acceptiones munerum; his mox justitiæ perversionem, etc. Pro alendo enim luxu pululata cupiditas, ex qua omne scelus: quod suo malo experta est Romana respublica, aliæque plurimæ. Quare nescio an aliud pestilentius malum possit in quavis republica reperiri quàm luxus: hinc enim cupiditas; ab hæc injustitia et omne malorum genus, quæ diutius inulta manere non patitur *justus Dominus*, qui *justitiam dilexit*, etc. Unde poeta romanus:

.... Patimur longæ pacis mala: serior armis

Luxuria incubit, victinque ulciscitur orbem.

Sed audi quod sequitur.

VERS. 24. — PROPTER HOC, SICUT DEYORAT, etc. Trahebant ad se ponam et perditionem; et ut eiò appareret, nimirum irridentes minas, exoptare se dicebant. Quare, inquit propheta, sic omnino futurum est; non diù tardabit, non diutius quàm quantum temporis opus est ad hoc, quòd *ignis quisquillas* et levissima quæque *absumat*. Jamjam quiddam roboris in ipsis est, quiddam virile et solidum, insuper quiddam pulchrum et floridum, tota denique ipsa arbor, quæ radicibus, trunco, ramis, foliis et fructu constat, veluti quid *putridum*, quòd, dum percutitur, dissolvitur et in *puberem* resolvitur, ita respublica populi mei jamjam evanesceat, nec immeritò; nam doctrinam, statuta, leges divinasque admonitiones (quæ si corde complectimur et intimis sensibus tenemus, sumus, vivimus, et veluti fructificare arbores juxta fluentia aquarum plantatæ et florescimus et fructus uberrimos producimus) illi non solum contempserunt, sed et *abjecerunt*, et ut rem vilissimam à se expulerunt, et conviciis et probris incesserunt. STRAMEN. Hebr. *caschasch* est *quiddam celeriter ignem concipit*, ut stramen, stipa, fomes, etc., et cognationem habet cum verbo *kusch*, *festinavit*, quò verbo illi utebantur vers. 19. Sic et nomen *casch* est *quisquilla*, quæ festinanter aut vento corripitur aut igne inflammantur, Exod. 15 (quò fortè respexit Isaias): *Misisti furorem tuum, et consumpsi eos tanquam quisquillas, casch*; et est à verbo quòd *colligere* significat *caschasch*, vel *kusch*, quòd *complicare*, vel fortè à sono quem excitant dum colliguntur et complicantur, vel dum comburantur. PERRAEO. Vide supra 3, 24. REJECTUR. Varias constructiones habet verbum *maas*, de quibus

aliis. Et quidem quando regit accusativum, à hoc loco, idem propemodum valet quòd verbum *natach*, et opponitur verbo *bacar*, *elegit*, ut infra e. 7 videbimus. Significat autem *fastidio quodam rem aliquam ut personam, tanquam vilem et contemendam rejicere*. Notanda est quoque in hoc versu comparatio occulta reipublicæ ad arborem quæ *radices* habet et *germen*, quòd comprehendit quiddam in arbore præter radicem est, quòdque hujus arboris vita sit *lex*, seu verbum Domini; nam sine Dei cultu et religione nulla respublica vel constare vel durare potest. ELOQUIUM SANCTI ISRAELIS, etc. Possunt hæc verba de Filio Dei intelligi, qui in Scripturis dicitur *amar*, vel *emera* à verbo *amar* dicto. Et fortè quòd Græcè Joannes dixit *λέγει*, hæc vocem potius voluit exprimere quàm *dabar* quæ *rem aut ordinem potius* notat quàm *sermonem*; et vox *amar*, de qua loquimur, est *dictum, sermo, pronuntiatio*, seu etiam *promissio*; unde à Joanne *λέγει*; dicitur quòd ex aeterna mente Patris cogitandum nascitur, et per eum Pater dicit decretum creationis omnium et reparationis hominum; ipse verò profertur ex sinu Patris, in quo est, qui vidit et novit, nempe arcana cœlestia et verba salutis aeternæ. Quare et Moses in descriptione creationis non verbo *dabar*, sed *amar* est usus: *Dixit Deus: Fiat lux*, etc. Constat autem ex Joanne quòd illud verbum, quò creatum sunt omnia, sit Deus: et *Deus, inquit, erat illud Verbum*, et quòd *Verbum illud factum sit caro*. Quare ista tria inde colliges, *amar* dicit verbum seu sermonem; *sermonem* autem, quò condita sunt omnia, esse *Deum*; *Deum* autem illum, id est, secundam in divinis personam, *factam carnem*, id est, assumpsisse naturam humanam. Non erit igitur absurdum si de Dei Filio incarnato intelligas locum hunc; nam in ea tempora hæc referenda sunt quando ipsum Dei filium conviciis laceraverunt, et injuriis affectum extra vineam egererunt et occiderunt.

VERS. 25. — IDEO IRATUS EST FUROR DOMINI, etc. Hoc versu apertius dicit quòd superiori aliquantò obscuris. Vis scire quoniam pacto arbor illa interierit, aut quæ sit illa arbor, etc.? Dominus iratus est in populum suum, et cecidit eum perditionem adè prævalida, ut montes visi sint loco moveri, omniaque sint cadaveribus plena. Dicitur autem Hebræis *cadaver* à verbo *nabal*, quòd est *destitutum esse humido naturali*, seu *emarcescere, fæcescere, elanguescere, desipere*, etc. Vocant ergo *nebelah*, corpus exanimæ, *destitutum animæ* seu *vita manens*. Vide infra e. 26: *In illa verba vivens mortui tui*, etc. SICUT PURGAMENTUM. Illud *capit* cum Vulgato notam similitudinis esse existimo; *sukah* autem esse nomen à verbo *sakali*, *purgavit*, scilicet scopis, vel alio instrumento, et congruere cum verbo *nasak*; unde hoc nomine dicitur *purgamentum vel conum*, quòd purgari solet: nihil autem illo contempnibilis aut vilis. Unde et Jeremias alterius formæ nomine, ab hoc verbo tamen deducto, *seki* ait. Thren. 3, ait: *Purgamentum et rejectamenta possidisti nos*. Quò respiciens Paulus 1 Cor. 4, et phrasim imitatus, reddidit nomine *περίφραξα*,

quòd *purgamentum* dicere licet. Ultima verba significant Dominum nondum tantà occasione contentum. Eadem verò ipsa verba sæpius in sequentibus repetit, quibus (ni fallor) perpetua vindicta; quæ usque ad finem mundi duratura est, in Judæos significatur.

VERS. 26. — ET ELEVAVIT SILENIUM IN NATIONIBUS, etc. Id ipsum quòd vers. 24 et 25 dixerat, nunc jam manifestius narrat, ipsum scilicet exercitum hostium, per quos percutere decrevisset populum suum arboris illam magnam excindere, describens. Si hæc autem de Assyriorum exercitu accipere velis, sit tibi veluti typus adventus Romanorum. Et quidem primò adversus eos qui dicebant ut festinaret divina vindicta, describit celerem adventum velocissimumque exercitum. Et ne aliam causam adventus eorum esse existimes, describitur Deus quasi dux belli, qui signum jubet erigi, et sono tubæ milites convocat. Interim nota quòd non sit Deo difficilius innumerum hostium multitudinem numerare et adversis quolibet regum armare quàm sit homini sibilare; et sicut in navi ad sibiulum naucleri ministri omnes præstò adsunt ut jussa faciant, sic Dominus à longinquo et ab ultimis orbis partibus quos vult convocat, ut qui *ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt vocare possit*.

VERS. 27. — NON DORMITABIT, seu dormituri. Hebr. nunc est *dormire* seu *dormituri*; *iaschan* verò *dormire*, à *radam*, gravi somno opprimi; *diflorant* igitur gratibus suis. NEQUE SOLVETUR. Verbum Hebræum *phat* est *aperire*, vel *rem clausam*, vel *ligatam* autem, vel *lumborum*. Ab Hebræo verbo *calats*, *extraxit*, *destraxit*, etc., venit nomen formà duali *kalatsim*, id est, *lambi*, quòd ex illis natura humana et semen genitale libidinoso impetu extrahitur. Unde frequens est Hebræis figura hæc loquendi, *egredi ex lumbis*, 1 Reg. 8: *Reges ex lumbis tuis egredientur*, Gen. 55, etc.; vel fortè quia verbum in voce passivè significat *extractum esse*, id est, expeditum esse (quæ enim detenta sunt expedita non sunt); qui autem sese expeditum ad quid operis agendum, accingunt lumbos: hinc *lambi* sic dicitur sunt quasi *præcincti*. NEC RUMPETUR. *Nathac* *rumpere* seu *avellere* est. Significat ergo vel quòd non extraherent unquam caecos, vel quòd valdè præparati et instrumentis ad iter necessarii instructi advenirent, quòd non accidit imperitis militibus tumultuarie collectis. CORRIGIAM. Hebr. *seroc* à *circumgyrare* deductum est, vel *circumflectere*. Ligabant enim antiqui caecos corrigiis quibusdam in superiore parte pedis; unde et NAAL calcamentum vel solea dicitur, à verbo quòd *superne* *astringere* seu *obligare* significat: inducebatur enim pes, et corrigia superne obfirmabatur.

VERS. 28. — NOMEN *kets*, *agilita*, à verbo quòd *dimidiare* significat, deducitur: penetrando enim dividit. ARCUS. *Keetheth*, à *rigiditate*, *duritie* seu *difficultate* dicitur Hebræis. EXTENTI. Hebr., *calcati*. Verbum enim *darac*, *calcare pedibus* est, vel *terram*, vel *viam*, vel *quid aliud*. Pede autem præparatur arcus, et nervus suo loco reponitur, à quo extrahitur, ne arcus rigiditatem suam perdat. At hostium arcus hu-

jusmodi erant quibus nequaquam necessaria esset remissio, id est, qui perpetuò parati essent, neque ullà morâ indigerent, si sagittas mittere opus fuisset. Et tam in his quam in sequentibus hyperbolicus sermo est, nihil aliud significans quàm ardorem, audaciam, vires, diligentiam et omnium armorum necessariorum ad prælium copiam atque excellentiam. QUASI IMPETUS TEMPESTATIS. Hebræa à verbo *saph*, quòd *cessationem seu defectum* notat, dicitur *saphah*, *turbo seu tempestas*, quòd obruendo aufert. De turbine vide Plinium. Ego turbine dixi; nam turba rotationes quasdam efficit, adè ut ipsum nomen *gilegal*, quòd *rotam* seu *sypharam* significat, turbine etiam, id est, rotationes illas quas efficit turbo, interdum designat; ut infra 17: *Sicut turbo coram vento*, etc. Velocitatem ergo currum intelligi vult.

VERS. 29. — RECURTUS ET. Gens illa, exercitus ille, vel quivis miles rugium edet qualem leo. Proprie enim *schaagah* leonum est, licet ad alia quoque transferatur. Ur LEONIS. Hebræis *leo* dicitur *labi*, consentiente voce, ut ab Hebræa nostrâ sine dubio derivata sit. Diciturque à *lebab*, id est, *corde*, q. d., *cordatus* vel *animatus*, vel potius *animosus*, id est, imperitritus, ab animositate et generositate et presentia animi. Unde 2 Sam. 17, *cujus cor est sicut leonis*, de viro animoso dicitur. LEUCULLI. Hebræis *kephir* est à verbo *kaphar*, quòd est *tegere* vel *abscondere*; unde sic dicitur à *latibulis*. Est autem leo juvenis, qui desit esse catulus, neque tamen annos perfectæ ætatis attingit. Etymologiam videtur explicare locus ille Job. 58: *Nam iniquitatem leonum, leuculorum; satibis, qui cubant in caveis, et manent in latibulis, ut insidentur?* Et quia leones juvenes maxime sunt famelici, cupidi prædæ, et sævi, transferunt non raro hoc nomen in Scripturis ad homines rapaces et sævos et insatiabiles.

ET PRÆDAM. *Tereph* proprie *præda* est, seu *esca* quæ *carpitur* seu *discerpitur*; unde nunc *esca*, nunc *prædam* seu *rapinam* et *prædationem* veterè oportet. Verbum enim *carpere*, *discerpere*, *dilacerare* tantum significat. Neque habet sermo Latinus nomen quòd significationem hujus nominis satis exprimat: dicere posses *discerpitum* seu *discerpendum* substantivè. ET AMPLEXABITUR; vel *evadet*. Verbum enim *phalat*, *evadere* significat in primâ. In hiphil quoque, sicut alia plurima verba, maxime si neutraliter capiantur, non mutat modum significandi primæ. Possimus ergo sic exponere, *apprehendit prædam, et evadet incolam, sicut leo, et nemo erit*, etc., vel transitive in hunc modum, *apprehendit prædam; et saltem deferet (seu evadere faciet)*, id est, retinebit, conservabit; *neque erit qui eripiat*.

VERS. 30. ET SONABIT (1). Vel, et *fremet super eum quasi frenatus maris*, id est, quasi maris, dum fremit: vel, *fremet super eum*, et *fremitus ejus erit veluti fre-*

(1) *Fremetque*, Chaldaes, nempe vel Assyrius (quem præcedentibus versiculis descripsit ferocem et terribilem, adeoque leoni et urso similem) *super vel adversus eum*, nempe Israellem, quomodo *frenare* solet mare, et *respicit* populum Israel in terram auxilium ab hominibus questurus, et ecce *teschra hostis* seu *adversarii*, vel *angustie*, hoc est, nullum inventum au-

mita maris, qui metum solet incutere, non navigantibus modò, sed etiam is qui propè sunt in terrâ. Er aspiciemus in terram. Vulg. pro primâ personâ futuri plurali accepit *nabat*; potest quoque esse tertia singularis, et *respiciet ad terram*, etc. Solent autem Hebræi tertiis personis sæpè uti veluti impersonaliter, id est, *respicietur in terram*. Est quoque tropus hic Hebræis frequens, ut cum animi angustiam in magnis calamitatibus describere volunt, in celo tenebras, et in terrâ angustiam seu pressuram, seu etiam tenebras, adfore dicant; id est, quòcumque se vertant, respirare non poterunt. Adducuntque obscuratorem solis et stellarum, fremitum maris, terræ tremefactionem; sicut in sequentibus videbimus non semel; ut non perperam interpretari censendum sit qui in Evangelio signa illa vastationem Hierosolymitanam aut etiam totius mundi præcedentia ad hunc modum interpretatur. Er lux obtenebrata est. Potest oratio per futurum reddi propter conjunctionem quæ præcessit, etiamsi cum verbo non conjugatur; et fortè præcedentibus magis convenit. In caliginibus. Nomen Hebræum *ariphim* variè ab ipsis Rabbiniis exponitur; et qui melius sentiunt, pro *caelis* accipiunt; sed rationem videntur ignorare; neque enim vox *caelos* significat. Sciendum igitur quòd à nomine *oreph*, quo Hebræi *cervicem* appellant, formatur verbum *araph*, xilium; et lux obscurabitur in caelis ejus, hoc est, operam sperabili et expectabili à Deo, sed nullam inveniet. Ita commode admodum exponit hunc locum Kimchi, et ante eum Jarchi. Fargum dividi ista: *Quòd si impii*; inquit, *querent auxilium ab hostibus*; *quòd si angustia et clades veniet super eos, verum iusti qui tunc erunt operentur à facie multi.* (Ibid. Cappellus.)

## CAPUT VI.

1. In anno quò mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super excelsum et elevatum; et ea quæ sub ipso erant, replebat templum.
2. Seraphim stabant super illud: sex alæ uni, et sex alæ alteri, duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus.
3. Et clamabant alter ad alterum, et dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum; plena est omnis terra gloriâ ejus.
4. Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, et domus repleta est fumo.
5. Et dixi: Vae mihi, quia taci, quia vir pollutus labiis ego sum, et in medio populi polluta labia habentis ego habito, et regem Dominum exercituum vidi oculis meis.
6. Et volavit ad me unus de seraphim, et in manu ejus calculus, quem foras tulerat de altari.
7. Et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, et auferetur iniquitas tua, et peccatum tuum mundabitur.
8. Et audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam? et quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me.
9. Et dixit: Vade, et dices populo huic: Audite audientes, et nolite intelligere; et videte visionem, et nolite cognoscere.

quod est *dissecare animalis cervicem*, ut nonnulla alia quæ à nominibus quasi contrariâ significatione formantur. Quando autem hoc verbum non de victimis dicitur, sed de pluvîa sui rore, tum figuratè et poetice significat *influere* seu *distillare*, metaphorâ sumptâ à cervicem, que quasi stillatorum quoddam est per quod medulla è cerebro defluit in spinam dorsî, et exinde in cætera ossa, ut ea alat et irriget: hinc nomen hoc numero multitudinis, *influentia*, id est, loci è quibus sit fluxus: fluit autem lux è caelis. Hæc est sententia ejusdem viri eruditè. Ego tamen verbum *araph* non à nomine formari dixerim, sed congruere cum verbo *raaph* (à quo non differt nisi litterarum situ), quòd *sensim fluere* significat; unde, si activè accipiatur, significat *fluere facere*, ut Osee 10: *Ipsæ fluere faciet altaria isporum*, ut scilicet ad similitudinem rei alienius liquide dissolvantur et corruant. Qui autem jugulat aut caput præscindit, sanguinem fluere facit: hinc pro *jugulare* seu *caput præscindere* accipitur. Quòd si accipiatur neutraliter, est simpliciter *fluere*. Quare rectè Deut. 32, veritas: *Stillet sicut pluvia doctrina mea*; et cum nomine *roris* aut *pluvie* etiam in accusativo, Deut. 33. *Cæli distillabant rorem*. Hinc nomen *oreph* formâ participii pro ipsâ posteriori colli parte, quòd per eam fluat medulla, etc., ut dictum est; q. d., stillatorum; hinc prædictum nomen, q. d., stillatores vel stillatori. Lucem ergò obtenebrari in stillatoribus suis est è caelis lucem non profuere. Similis locus est infra 45: *Sol obscuratus est in ortu suo*. Hæc paulò diffusius annotavi pro elucidatione hujus obscuræ vocis *ariphim*, cujus vis à perisquæ etiam Hebræis ignoratur.

## CAPITRE VI.

1. L'année de la mort du roi Ozias, je vis le Seigneur assis sur un trône sublime et élevé; et le bas de ses vêtements remplissait le temple.
2. Des seraphims étaient autour du trône; l'un avait six ailes, et l'autre également six; de deux ils volaient sa face, de deux ils volaient ses pieds, et de deux autres ils volaient.
3. Ils criaient l'un à l'autre, et ils disaient: Saint, saint, saint est le Seigneur Dieu des armées; la terre est pleine de sa gloire.
4. Le dessus de la porte fut ébranlé par le retentissement de ce grand cri, et la maison fut remplie de fumée.
5. Alors je dis: Malheur à moi de ce que je me suis vu, parce que mes lèvres sont impures, et que j'habite au milieu d'un peuple dont les lèvres sont souillées; et j'ai vu de mes propres yeux le Roi, le Seigneur des armées.
5. Alors l'un des seraphims vola vers moi, tenant en sa main un charbon de feu qu'il avait pris avec des pinces de dessus l'autel;
7. Et m'en ayant touché la bouche, il me dit: Voilà que ce charbon a touché vos lèvres, votre iniquité sera éteinte, et vous serez purifié de votre péché.
8. J'entendis ensuite le Seigneur qui dit: Qui enverrai je, et qui ira de notre part? Et je dis: Me voici, envoyez-moi.
9. Le Seigneur me dit: Allez, et dites à ce peuple: Écoutez ce que je vous dis, et ne le comprenez pas; voyez ce que je vous fais voir, et ne le discernez point.

10. Excaeca cor populi hujus, et aures ejus agrava, et oculos ejus claude, ne fortè videat oculis suis, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat, et convertatur, et sanem eum.
11. Et dixi: Usquequò, Domine? Et dixit: Donec desoleatur civitates absque habitatore, et domus sine homine, et terra relinquatur deserta.
12. Et longè faciet Dominus homines, et multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ.
15. Et adhuc in eâ decimatio, et convertetur, et erit in ostensionem sicut terebinthus, et sicut quercus, quæ expandit ramos suos: semen sanctum erit id quod steterit in eo.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1.—Hæc est secunda Prophætia, in qua Deus Propheta revelavit perituum regnum propter infidelitatem et cacitatem atque duritiem Judæorum. Meminit tamen etiam sanctorum reliquiarum, propter consolationem piorum (1). In ANNO QUO MORTUUS

(1) Doederlein visionem divinam, quæ versibus septem prioribus narratur, oraculo, seu potius orationi severiori, quæ sequitur, introductoriam esse censet. Prævidisse Prophetam, quantum sibi invidiam oratione investiva in populi impietatem et minis plenâ creaturæ esset, nisi auctoritate divinâ præmuniatur. Ad hæc igitur aut cavendam, aut emolliendam, excitandamque attentionem, vatem tradere, se non sine Numinis admonitu talia edicere, sed divinitus instructum confirmatumque publicè censoris officio defungi. Cæterum amœnam hæc representationem symbolice esse, variis compositam figuris, aliis ex historiâ, aliis ex ingenio, aliis ex cultu Judæo petitis, ad depingendam summi omnium imperatoris majestatem appussinis. Nos tamen hæud dubitanus his accedere interpretibus, qui solemnem inaugurationem ad munus prophete gerendum hoc carmine describi statuunt. Sudent id et carminis sublimitas et similes visiones, quibus ad munus propheticum inaugurati sunt Jeremias, cap. 1, et Ezechiel cap. 1. Atque quemadmodum Jeremias deprecanti munus propheticum sibi oblatum, cui se imparè sentit, Deus animam addit tactumque ejus ore prophetam consecrat, numerisque paribus instruit; ita et noster hæud parèra numeri propheta gerendo se sentiens labiis contactis igneo lapidè à sua immunditie liberatur; et hoc ipso ad sumum munus inauguratur. Sic et alii vates, quibus nomen sanctissimum visu sese offerret, suæ infirmitatis memores, se tantâ visione indignos judicarent. Vid. Ezech. 1, 28; Daniel 8, 17, 18, et 10, 9, 10; Apoc. 1, 17. Erit igitur hoc carmen omnium qui Isaias edidit primum; nec obstat huic sententiæ libri inscriptio, in qua Isaias sub Usâ propheta munere fungi compasso dicitur. Quam verò quæ hoc capite describitur visio eo quo Usias rex obiit anno objecta fuerit (vers. 1), aliquot menses ante regis mortem id accidisse necesse est. Cur verò qui Isaias vaticinia in unum volumen colligerunt, hoc, quod temporis ratione omnium primum est, non in libri fronte collocarint, probè talibus nunc vix reddi poterit.

Carmini huic explicando viri docti laud pauci singularem operam impenderunt. Quorum scripta, quotquot nobis innotuerunt, jam recensebimus.

Hieronymus sub commætarîi in hoc caput initio: «De hæc visione ante annos circiter triginta, cum esset senex Constantinopolis et prædixit virem elegantissimum Gregorium Nazianzenum, tunc ejusdem urbis episcopum, sanctæque scripturarum studiis eruditum, esse me brevem didicisse subitumque tractatum, ut experimenter caperem ingenio mei, et amicis juvenibus obediens. Ille tractatus idem videtur, qui

10. Aveugle le cœur de ce peuple, bouche ses oreilles, et ferme ses yeux, de peur que ses yeux ne voient, que ses oreilles n'entendent, que son cœur ne comprenne, et qu'il ne se convertisse à moi, et que je ne le guérissè.

11. Et je dis: Eh! Seigneur jusqu'à quand? Et il répondit: Jusqu'à ce que les villes soient désolées et sans citoyens, les maisons sans habitans, et que la terre demeure déserte.

12. Le Seigneur bannira les hommes loin de leur pays: mais celle qui aura été laissée au milieu de la terre se multipliera.

15. Car il en demeurera un dixième. Cette portion se convertira, et elle paraîtra dans sa grandeur, comme le térébinthe, et comme un chêne qui étend ses branches; et la race qui demeurera en elle sera une race sainte.

EST (1). Hebr. : In anno mortuus est, etc. Sed Vulg. docet vitavit hebraismum. Utuntur enim hebraei

bodienim exstat inter Hieronymi Epistolas. Damasus inscriptus est, legiturque in Hieronymi Operum edit. Francofurt. t. 5, p. 77, seqq. edit. Martianii, t. 4, p. 1120; edit. Vallars, t. 3, p. 500. Explicatio satis proluxa, sed tota allegorica et mystica. (Rosenmüller.)

(1) IN ANNO MORTIS REGIS USIÆ, quo mortuus est rex Usias. Conf. similes phrasin infra 44, 28 Sed Chalæus: In eo anno quo læra percussus est Usias rex. Id sequuntur præter Jarchium plures Hebræorum interpretes; nam ex eorum placitis leprosus pro mortuo habebatur. Verum locus parallelus nostri vatis modò indicatus arguit, verba nostra simpliciter esse intelligenda de obitu Usiæ regis. Et quemadmodum illud vaticinium, cui 14, 28, inscribitur in anno mortis regis *Ahasi*, plures volunt *Ahasi* mortuo editum esse, ita et nostrum, cui eadem epigraphe, non ante, sed post mortem Usiæ proditum statuunt. Ea Hieronymi est sententia in utraque hujus carminis expositione. Ita enim ille in priore ad Damsum: «Regnavit Ozias annis quinquaginta duobus, quo tempore apud Latinos Amulius, apud Athenienses Agamemur undecim annis imperabat. Post cujus mortem Isaias propheta hæc visionem, quam explanare nunc nitimur, vidit, et est, eo anno, quo Romulus, Romani imperii conditor, natus est.... Vivente leproso rege, et, quantum in se est, sacerdotium dissipante, Isaias visionem videre non potuit. Quando ille regnum tenuit in Judâ, propheta oculos non levavit ad cælum; non ei sum reserata cælestis, non apparuit Dominus «Sabaoti, nec in mysterio fidei rei Sancti nomen auditum est. Quando vero ille mortuus est, universa, quæ subsequens sermo monstravit, aperto sese lumine prodiderunt.» Non hoc vult Hieronymus, hoc carmen omnium, quæ Isaias edidit vaticinium, esse primum, sed *primum* esse *visionem*, quæ illi divinitus oblata esset. Idem Hieronymus in Commentario: «Sui quatuor regibus prophetas Isaiam super Judæam et Jerusalem, prima visionis (rectius dixisset, carminis) illius demonstratum est. Mortuo ergo Usiâ, sub quo dicta sunt universa, quæ supra exposuimus, successit filius ejus, Joatham, qui regnavit annis sedecim, et fecit rectum in conspectu Domini, et portam templi edificavit excelsum. Quo imperante vidit Isaias sedentem Dominum super solium excelsum et elevatum, ut habitum regnantis ostenderet.» Sed verè monuit Gesenius, visio, quæ hoc capite describitur, si vati objecta fuisset mortuo Usiâ, credibile esse, primum annum Jothami, successoris Usiæ in regno, notari. Causam quidem, cur in hæc inscriptione tempus oblatæ vati visionis morte decedentis potius, quam regno tunc regnantis regis, Jothami, notetur, Chr. Aug. Crusius in Progr. de *arâ Jothamicâ* (Lips. 1756) tradidit hæc: «Annis ille, quo rex Usias mortuus est, Jothamius secundus quidem, sed regni Jothami primus erat, ideoque nomen, si à Jo-